(103) Cf. Cic. Orat. LVI; Dionys. Halic. in Isocr., XIII. Hieronymum *Aristotelis discipulum* vocat Athenæus, X, p. 424, F. Hæc significare, illum peripateticæ doctrinæ studiosum fuisse docet temporum ratio.

(104) Quinctil. II, 15 : « Qui vero non omuia subjiciebant oratori, sollicitius ac verbosius, ut necesse erat, adhibuerunt discrimina : quorum fuit Ariston, Critolai peripatetici discipulus, cujus hic finis est: *scientia videndi et agendi in quæstionibus civilibus, per orationem popularis persuasionis*. Hic scientiam, quia peripateticus est, non, ut Stoici, virtutis loco ponit. » Quem cum Aristone Chio minime confundendum hæc ostendunt; Ceus enim erat Ariston peripateticus, Strab. X: Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε· λείπονται δὲ δύο ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία... Ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος, ὅ τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου· καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς, καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων, ὁ τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτής, p. 335, ed. Casaub. 1587. Idem tradit Steph. Byzant. in voc. Ἰουλίς. Aristonem peripateticum, Critolai discipulum, exemplo Quinctil., vocat Sext. Empir. Adv. Mathem. II, p. 301, ed. Fabr.: καὶ Ἀρίστων, ὁ Κριτολάου γνώριμος, σκοπὸν μὲν ἐκκεῖσθαί φησιν αὐτῇ τὴν πειθώ. Apud Plutarch., De exil. T. III, p. 438, ed. Wyttenb., atque Menag. not. in Diog. Laert. V, 36, post Aristonem occurrit Critolaus. Quinctilianum, Sextumque a vero deflexisse demonstrat temporum ratio.

sit, et redundavit ejus oratio (105). Solebat carpere Rhetoricam quam vocabat κακοτεχνίαν (106). Nihil habeo quod dicam de Diodoro, Critolai auditore. Hic de summo bono a cæteris ita dissensit, ut vere peripateticus nominari non possit (107).

2° *De Rhetorica apud Stoicos.*

Quæ de Stoicis memorantur manifestum faciunt quantam in Rhetorica operam posuerint. De oratione (108) atque de Homero (109) Cittieus Ze-

Auctore enim Brucker., Hist. phil. T. I, p. 858, Lyconis in locum successit Ariston, Olymp. CXXXVIII. Porro, ab ann. ante Chr. CCXX usque ad legationem Critolai, Diogenis, Carneadis, ann. CLV ante Chr., elapsi erant quinque et sexaginta anni; quo tempore Critolaus ætate jam provectus erat : pone, si libet, eum tunc octogesimum annum attigisse; sequitur Critolaum natum esse ann. CCXXXV ante Chr. Quintum et decimum igitur annum vix assecutus erat, quum docere cœpit Ariston, quem inde colligo Critolai magistrum fuisse, non discipulum. Vide Brucker. l. l. Rem in medio relinquit Westermann. l. l. p. 172, not. 10 : *Später Ariston*, Critolaus *Lehrer* oder *Schüler*.

(105) Cic. De Finib. V, 5.

(106) Quinctil. II, 17; Sext. Empir. l. l. II, p. 291, ed. Fabr. : ἀμέλει γέ τοι καὶ οἱ περὶ Κριτόλαον τὸν περιπατητικὸν, καὶ πολὺ πρότερον, οἱ περὶ Πλάτωνα, εἰς τοῦτο ἀνιδόντες, ἐκάκισαν αὐτὴν, ὡς κακοτεχνίαν μᾶλλον ἢ τέχνην καθεστηκυῖαν.

(107) Cic. De Finib. V. 5.

(108) Diog. Laert. VII, 39.

(109) Idem, ibid. 4 : προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε· Περὶ ποιητικῆς ἀκροάσεως. Dion. Chrysost. Orat. LIII : γέγραφε δὲ καὶ Ζήνων ὁ φιλόσοφος εἴς τε Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδυσσείαν, καὶ περὶ τοῦ

non scripsit, Posidonius de Elocutione (110), Chius Ariston de chriis et in Rhetores (111); Cleanthes et Chrysippus, de Rhetorica (112). To-

Μαργίτου δέ. Δοκεῖ γὰρ καὶ τοῦτο τὸ ποίημα ὑπὸ Ὁμήρου γεγονέναι νεωτέρου καὶ ἀποπειρωμένου τῆς αὐτοῦ φύσεως πρὸς ποίησιν.

(110) Diog. Laert., ibid., 60 : ὡς ὁ Ποσειδώνιός φησιν ἐν τῇ Περὶ Λέξεως εἰσαγωγῇ.

(111) Idem, ibid., 163.

(112) Utrumque carpit Cic. De Finib. IV, 3 : « Quamquam scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam ; sed sic ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat. » Chrysippum lacessit Fronto, p. 86, ed. Niebuhr. : « Evigila et adtende quid cupiat ipse Chrysippus. Num contentus est docere, rem ostendere, definire, explorare? Non est contentus, verum auget in quantum potest, exaggerat, præmunit, iterat, differt, recurrit, interrogat, describit, dividit, personas fingit, orationem suam alii accommodat. » Eumdem, propter orationis obscuritatem, subsannat Epictet. cap. XLIX, ed. Coray. : ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία σεμνύνηται, λέγε αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν, ὅτι, εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος ἐφ' ᾧ σεμνύνηται. Ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; Καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. Ζητῶ οὖν τίς ἐστιν ὁ ἐξηγούμενος, καὶ ἀκούσας ὅτι Χρύσιππος, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν· ἀλλ' οὐ νοῶ τὰ γεγραμμένα. Ζητῶ οὖν τὸν ἐξηγούμενον, καὶ μέχρι τούτων σεμνὸν οὐδέν. Ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξηγούμενον, ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις· τοῦτο αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐστιν. Ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο, τὸ ἐξηγεῖσθαι, θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; πλήν γε δὴ, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγούμενος. Μᾶλλον οὖν, ὅταν τις εἴπῃ μοι· ἐπανάγνωθί μοι Χρύσιππον· ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δύνωμαι ὅμοια τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις.

Rhetoricam uterque definiebat *scientiam recte dicendi*, Quinctil. II, 15. Chrysippi fragmenta præbet Plutarch. De Repugn. Stoic. t. V, p. 213, ed. Wyttenb. : Χρύσιππον δὲ πάλιν ἐν τῷ Περὶ ῥητορικῆς γράφων « οὕτω ῥητορεύσειν καὶ πολιτεύσε-

tam philosophiam in tres partes diviserunt (113), nimirum in Physicam, Ethicam, Logicam; rursusque dicebant, Logicam complecti Rhetoricam et Dialecticam (114). Rhetoricam definiebant, *scientiam bene dicendi de iis quæ copiosiori oratione egent* (115); Dialecticam autem, *scien-*

σθαι τὸν σοφὸν, ὡς καὶ τοῦ πλούτου ὄντος ἀγαθοῦ καὶ τῆς δόξης καὶ τῆς ὑγιείας, » ὁμολογεῖ τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ ἀνεξόδους εἶναι καὶ ἀπολιτεύτους, καὶ τὰ δόγματα ταῖς χρείαις ἀνάρμοστα καὶ ταῖς πράξεσιν.

Idem, ibid., p. 267 : τὴν ῥητορικὴν ὁρίζεται τέχνην περὶ κόσμον εἰρομένου λόγου καὶ τάξιν (sic Wyttenb. pro vulgata lectione: περὶ κόσμου εἰρημένου λόγου τάξιν)· ἔτι δὲ ἐν τῷ πρώτῳ ταῦτα γέγραφεν· « οὐ μόνον δὲ τοῦ ἐλευθερίου καὶ ἀφελοῦς κόσμου δεῖν οἴομαι ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκείων ὑποκρίσεων κατὰ τὰς ἐπιβαλλούσας τάσεις τῆς φωνῆς, καὶ σχηματισμοὺς τοῦ τε προσώπου καὶ τῶν χειρῶν.

Ibid.: οὐ μόνον ταῦτα παρετέον τοῦ βελτίονος ἐχομένους, ἀλλὰ καὶ ποιὰς ἀσαφείας τοῦ λόγου καὶ ἐλλείψεις, καὶ νὴ Δία σολοικισμοὺς ἐφ' οἷς ἄλλοι ἂν αἰσχυνθείησαν οὐκ ὀλίγοι. Cf. Baguet, De Chrysippi vita, doctrina et scriptis, §. 103; Annal. Academiæ Lovan., t. IV.

(113) Exemplo Academicorum et Peripateticorum. Cic., De Finib. IV, 2: « Existimo igitur, inquam, Cato, veteres illos Platonis auditores, Speusippum, Aristotelem, Xenocratem; deinde eorum, Polemonem, Theophrastum, satis et copiose et eleganter habuisse constitutam disciplinam....Totam philosophiam tres in partes diviserunt: quam partitionem a Zenone retentam esse videmus. » Cf. Plutarch., Placit. philosoph. I, p. 468, t. IX, ed. Reisk. Cleanthes sex esse philosophiæ partes docuit: διαλεκτικὸν, ῥητορικὸν, ἠθικὸν, πολιτικὸν, φυσικὸν, θεολογικόν. Diog. Laert. ubi sup. 39.

(114) Diog. Laert. ibid., 41.

(115) Idem, ibid., 42 : τήν τε ῥητορικὴν ἐπιστήμην οὖσαν τοῦ εὖ λέγειν περὶ τῶν ἐν διεξόδῳ λόγῳ.

tiam recte disserendi circa orationem quæ ex interrogatione et responsione consistit (116). Rhetoricam tripartitam esse docebant; unam deliberativam, judicialem aliam, tertiam demonstrativam (117). Eamdem in Inventionem, Elocutionem, Dispositionem, Actionem dividebant; Orationem vero in Exordium, Narrationem, Confutationem, Epilogum (118).

Rhetoricam quum docerent bene dicendi esse scientiam, apud eos *bene dicere* nihil aliud erat, quam *vera dicere* (119). Illam igitur conjunge-

(116) Diog. Laert., ibid. Quid inter se differant Dialectica et Rhetorica tradit Alexander Aphrodis. apud Suid. in Διεξοδικούς — : διαφέρει ἡ Διαλεκτικὴ τῆς Ῥητορικῆς τῷ τὴν Διαλεκτικὴν περὶ πᾶσαν ὕλην τῇ δυνάμει χρῆσθαι, καὶ μὴ διεξοδικοὺς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ἀλλ' ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει· ἀπὸ γὰρ τούτου καὶ ὅλον τὸ ὄνομα αὐτῇ· καὶ καθολικωτέρας καὶ κοινοτέρας τὰς ἀποφάσεις ποιεῖσθαι. Τήν τε Ῥητορικὴν, μήτε περὶ πᾶσαν τὴν ὕλην ὁμοίαν εἶναι τῇ Διαλεκτικῇ. Περὶ γὰρ τὴν Πολιτικὴν μᾶλλον ὁ ῥήτωρ, καὶ διεξοδικῶς γε ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον χρῆσθαι λόγῳ· καὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα μᾶλλον λέγειν πρὸς περιστάσεις, καὶ τύχας, καὶ καιροὺς, καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὰ τοιαῦτα τοὺς λόγους σχηματίζει, ἅπερ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστά ἐστι· περὶ τούτων γὰρ αἵ τε συμβουλαὶ, καὶ τὰ ἐγκώμια, καὶ αἱ δίκαι. Idem pressius exprimit, Cic. Orat. XXXII : « Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam quum compresserat digitos pugnumque fecerat, *Dialecticam* aiebat ejusmodi esse; quum autem diduxerat et manum dilataverat, palmæ illius similem *Eloquentiam* esse dicebat. » Aristot. Rhet. I, 1 : ἡ Ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ Διαλεκτικῇ. Cf. Sext. Empir. Adv. Mathem. p. 289; 302; 370, ed. Fabr.

(117) Diog. Laert. l. l., 42.

(118) Idem, ibid. 43.

(119) Prolegom. De Statibus, in Rh. gr. Walz. t. VII, p. 8 : οἱ

bant cum Dialectica quam contendebant esse, *scientiam verorum et falsorum atque neutrorum* (120). Hanc ob rem operæ pretium est paucis describere qualis fuerit Stoicorum disciplina de Dialecticis; sed, quum ea quæ mente concepimus, oratione tamquam corpore induta, prodeant in lucem; pauca quoque exponenda erunt de Grammatica, quæ insignem locum in eorum doctrina tenuit.

Φαντασίαν vocabant visum in animo impressum effictumque ex eo unde esset, quale esse non posset ex eo unde non esset (121). Visum acceptum jam et

μὲν γὰρ αὐτὴν (subintell. ῥητορικὴν) ἐκάλεσαν ἐπιστήμην, ἀπὸ τοῦ μείζονος ὁριζόμενοι ἐπιστήμην τοῦ εὖ λέγειν οἱ Στωϊκοί· τὸ δὲ εὖ λέγειν ἔλεγον τὸ ἀληθῆ λέγειν.

(120) Diog. Laert. ibid. 42; Sext. Empir. l. l. XI, p. 724, ed. Fabr.: καὶ αὐτοὶ δὲ τὴν Διαλεκτικὴν ἔφασαν ἐπιστήμην ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων· οὐκοῦν προϋφέστηκε τῆς Διαλεκτικῆς τἀληθῆ καὶ ψευδῆ καὶ οὐδέτερα. Cf. Eumdem, Pyrrhon. Hypotypos. II, p. 88; 123, ed. Fabr.

(121) Cic. Acad. I, lib. II, 6. Diog. Laert. l. l., 45: τὴν δὲ φαντασίαν εἶναι τύπωσιν ἐν ψυχῇ· τοῦ ὀνόματος οἰκείως μετενηνεγμένου ἀπὸ τῶν τύπων ἐν τῷ κηρῷ τοῦ δακτυλίου γινομένων. Hac de re inter se dissensisse Stoicorum coryphæos narrat Sext. Empir., Adv. Mathem. VII. p. 417, ed. Fabr.: « φαντασία οὖν ἐστι κατ' αὐτοὺς, τύπωσις ἐν ψυχῇ· περὶ ἧς εὐθὺς καὶ διέστησαν. Κλεάνθης μὲν γὰρ ἤκουσε τὴν τύπωσιν, κατὰ εἰσοχήν τε καὶ ἐξοχὴν, ὥσπερ καὶ διὰ τῶν δακτυλίων γινομένην τοῦ κηροῦ τύπωσιν. Χρύσιππος δὲ ἄτοπον ἡγεῖτο τὸ τοιοῦτον· πρῶτον μὲν γάρ φησι, τῆς διανοίας, δεήσει, ὑφ' ἓν ποτε τρίγωνόν τι καὶ τετράγωνον φαντασιουμένης, τὸ αὐτὸ σῶμα, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, διαφέροντα ἔχειν περὶ αὐτὸ σχήματα, ἅμα τε τρίγωνον καὶ τετράγωνον γίνεσθαι, ἢ καὶ περιφερές· ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. Εἶτα πολλῶν ἅμα φαντασιῶν ὑφισταμένων ἐν

approbatum appellabant *Comprehensionem*, haud absimilem iis rebus quæ manu prenderentur (122). Ad hæc quæ visa erant et quasi accepta sensibus, *Assensionem* adjungebant (123), quam dicebant esse in nobis et voluntariam. Quod erat sensu comprehensum, id ipsum *sensum* nominabant. Si ita erat comprehensum, ut convelli ratione non posset, *Scientia* dicebatur; sin aliter, *inscientia*; ex quo existeret opinio, quæ esset imbecilla et cum falso incognitoque communis (124).

Principem animæ partem, sive Rationem, chartæ similem esse tradebant, notiones rerum percipiendi facultate præditam, eamdemque per se quibusdam communibus impleri notitiis (125).

ἡμῖν, παμπληθεῖς καὶ τοὺς σχηματισμοὺς ἕξειν τὴν ψυχήν· ὃ τοῦ προτέρου χεῖρόν ἐστιν. Αὐτὸς οὖν τὴν τύπωσιν εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ὑπενόει, ἀντὶ τῆς ἑτεροιώσεως· ὥστε εἶναι τοιοῦτον τὸν λόγον· φαντασία ἐστὶν ἑτεροίωσις ψυχῆς, μηκέτι ἀτόπου ὄντος, τὸ αὐτὸ σῶμα ὑφ' ἓν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, πολλῶν περὶ ἡμᾶς συνισταμένων φαντασιῶν, παμπληθεῖς ἀναδέχεσθαι ἑτεροιώσεις, κτλ.

(122) Cic. Acad. II, lib. I, 11.

(123) Idem, ibid. De Assensione, legendus Aul. Gell. XIX, 1, quem vide, not. in Philod. Col. XXIX. Cf. J. V. Le Clerc. not. in Cic. T. XXVI, p. 280, ed. in 12; Brucker. Hist. philos. t. I, p. 917 sq.; Tiedemann, Syst. der Stoisch. Philosoph. T. I, p. 60 sqq.

(124) Cic. ibid.

(125) Plutarch. Placit. philosoph., T. IX, p. 564-565, ed. Reisk.: οἱ Στωϊκοί φασιν· ὅταν γεννηθῇ ὁ ἄνθρωπος, ἔχει τὸ ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, ὥσπερ χάρτης ἐνεργῶν εἰς ἀπογραφήν· εἰς τοῦτο μίαν ἑκάστην τῶν ἐννοιῶν ἐναπογράφεται... Τῶν δ' ἐννοιῶν αἱ μὲν φυσικαί, γίνονται κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους καὶ ἀνεπιτεχνήτως· αἱ δ' ἤδη δι' ἡμετέρας διδασκαλίας καὶ ἐπιμελείας· αὗται

Cogitandi Actionem, ejusque ortum et processum ad hunc ordinem redigebant: rerum objectarum imagines transibant in animum, in quo *Visa* procreabant; id quod mens conceperat, oratione fiebat manifestum (126). Proinde, tria conjugata admittebant: *Rem* quæ objicitur, *Vocem* quæ profertur; *Significationem* vocis, quæ in mente solius intelligentis subsistit. Ad hæc, Stoicorum sententia erat, *rem* atque *vocem* esse corpoream; *significationem*, sive *ideam significa-*

μὲν οὖν ἔννοιαι καλοῦνται μόνον· ἐκεῖναι δὲ καὶ προλήψεις. Ὁ δὲ λόγος, καθ' ὃν προσαγορευόμεθα λογικοὶ, ἐκ τῶν προλήψεων συμπληροῦσθαι λέγεται, κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα κτλ. Pro vocibus, ὥσπερ χάρτης ἐνεργῶν εἰς ἀπογραφήν, Reisk. proponit: ὥσπερ χάρτην νεουργὸν εἰς ἀπογραφήν. Wyttenb. T. IV, p. 630, rem in medio relinquit: « Nolui mutare; alioqui proximum erat a Galeno sumere χάρτην. Sensum vertendo expressi: *Stoici dicunt, quando in lucem prognatus est, homo habet principem partem animi, veluti chartæ, actuosus ad inscribendum in ea.*» Schmidt, *Stoicorum Grammatica*, Halis 1839, nescio qua auctoritate fretus, legit, p. 13: ὥσπερ χαρτίον ἐνεργὸν εἰς ἀπογραφήν. Apud vet. edit. sic exhibetur: ὥσπερ χάρτης ἐνεργεῖν, κτλ.

(126) Diog. Laert. l. l., 49 : προηγεῖται γὰρ ἡ φαντασία· εἶθ' ἡ διάνοια ἐκλαλητικὴ ὑπάρχουσα, ὃ πάσχει ὑπὸ τῆς φαντασίας, τοῦτο ἐκφέρει λόγῳ. Sext. Empir. Adv. Mathem. VIII, p. 461', ed. Fabr.: καὶ δὴ τῆς μὲν πρώτης δόξης προεστήκασιν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, τρία φάμενοι συζυγεῖν ἀλλήλοις· τό τε σημαινόμενον, καὶ τὸ σημαῖνον, καὶ τὸ τυγχάνον. Ὧν σημαῖνον μὲν εἶναι τὴν φωνὴν, οἷον τὴν, Δίων· σημαινόμενον δὲ αὐτό τὸ πρᾶγμα τὸ ὑπ' αὐτῆς δηλούμενον, καὶ οὗ ἡμεῖς μὲν ἀντιλαμβανόμεθα, τῇ ἡμετέρᾳ παρυφισταμένου διανοίᾳ· οἱ δὲ βάρβαροι οὐκ ἐπαΐουσι, καίπερ τῆς φωνῆς ἀκούοντες· τυγχάνον δὲ, τὸ ἐκτὸς ὑποκείμενον, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Δίων.

tam esse id incorporeum quod proprie appellabant Λεκτόν (127). Denique arbitrabantur veritatem et falsitatem competere neque *rei*, neque *voci*; sed *significationi*, seu *dicto* duntaxat; non omni quidem, sed illi solum *perfecto* quod ἀξίωμα vocabant (128). Quum autem omnis oratio contineat *Sonum* qui rem significat, atque *rem* quæ sono significatur, *Dialecticam* dividebant in *verba* et *significationes* (129).

Vocem definiebant, aerem ictum atque percussum (130); quæ in cæteris animalibus ab impetu

(127) Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotypos. III, 5, p. 142, ed. Fabr.: εἰ μὲν γὰρ λεκτόν ἐστιν ὁ λόγος, καὶ ἀσώματος, ὥς οἱ Στωϊκοί φασιν, κτλ. Senec, Epist. CXVII: « Dico deinde: *Cato ambulat.* Non corpus quidem est quod nunc loquor, sed enuntiativum quiddam de corpore; quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii edictum. » Cf. Aul. Gell. V, 15; Schmidt, l. l., p. 54-57; ibique in primis, not. 78.

(128) Diog. Laert. VII, 63: τῶν δὲ λεκτῶν τὰ μὲν λέγουσιν εἶναι αὐτοτελῆ οἱ Στωϊκοὶ· τὰ δ' ἐλλιπῆ. Ἐλλιπῆ μὲν οὖν ἐστὶ τὰ ἀναπάρτιστον ἔχοντα τὴν ἐκφοράν· οἷον, Γράφει· ἐπιζητοῦμεν γὰρ, Τίς; Αὐτοτελῆ δ' ἐστὶ τὰ ἀπηρτισμένην ἔχοντα τὴν ἐκφοράν· οἷον, Γράφει Σωκράτης. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἐλλιπέσι λεκτοῖς τέτακται τὰ κατηγορήματα· ἐν δὲ τοῖς αὐτοτελέσι, τὰ ἀξιώματα, καὶ οἱ συλλογισμοὶ, καὶ τὰ ἐρωτήματα, καὶ τὰ πύσματα.

(129) Senec. Epist. LXXXIX: «Διαλεκτικὴ in duas partes dividitur: in verba et significationes, id est, in res quæ dicuntur et vocabula quibus dicuntur.»

(130) Diog. Laert. ibid. 55: « ἔστι δὲ φωνὴ ἀὴρ πεπληγμένος, ἢ τὸ ἴδιον αἰσθητὸν ἀκοῆς, ὥς φησι Διογένης ὁ Βαβυλώνιος ἐν τῇ περὶ φωνῆς τέχνῃ. Priscian. I, p. 537, ed. Putsch. (T. I, p. 9, Krehl.): « Philosophi definiunt vocem esse aerem tenuissimum ictum, vel suum sensile aurium, id est, quod proprie auribus accidit. Est

cæco prorumpit, in hominibus a ratione proficiscitur(131). Præterea, *articulata* est vox hominis; *inarticulata* autem et *confusa* vox animalium: prior scriptilis; altera, simplex sonus (132). Illa vocabatur *Dictio*, cujus elementa erant viginti quatuor litteræ (133), e quibus *septem* vocales, sex

prior definitio a substantia sumta; altera vero a notione quam Græci ἔννοιαν dicunt, hoc est, ab accidentibus.» Senec. Q. N. II, 6 : « Quid enim est vox nisi intentio aeris, ut audiatur, linguæ formata percussu. » Idem, ibid. 29 : « Natura aptus est aer ad voces. Quidni, quum vox nihil aliud sit quam ictus aer. » Vide quos citat Menag. not. in Diog. p. 287.

(131) Diog. Laert., ibid.: ζώου μέν ἐστι φωνὴ, ἀὴρ ὑπὸ ὁρμῆς πεπληγμένος· ἀνθρώπου δέ ἐστιν ἔναρθρος καὶ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη. Theodos. p. 16 : εἴρηται δὲ Φωνὴ διὰ τὸ εἶναι φῶς νοῦ, ἤγουν ἡ τὰ ἐν τῷ νῷ φωτίζουσα. Diomed. I, p. 274 sq., ed. Putsch.: « Hæc (subintell. oratio) enim, secreta pectoris arguens, ad linguam sui gubernatricem migrat, mobili quodam vocis articulatæ spiritu, rotundoque gubernaculi moderamine temperata, et interiore vicino aere pectoris argutia verberato, palatoque sensim paulatimque pulsato, velut internuncius ac proditor humanæ mentis ad indicia exprimenda cogitationis, per os sermonemque rationabiliter agitatur. Hoc enim suo magnoque natura beneficio, expressa ratione sermonis, nos cæteris separatos ab animalibus, sola homines fatetur atque demonstrat. »

(132) Diomed. II, p. 413, ed. Putsch.: « Omnis vox aut arti« culata est aut confusa. Articulata est rationalis hominum lo« quelis explanata ; eadem et litteralis vel scriptilis appellatur, « quia litteris comprehendi potest. Confusa est irrationalis vel « inscriptilis, simplici vocis sono animalium effecta, quæ scribi « non potest, ut est equi hinnitus, tauri mugitus etc. » Cf. quos citat Schmidt, l. l., p. 19.

(133) Diog. Laert. l. l., 56 : τῆς δὲ λέξεως στοιχεῖά ἐστι τὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα· τριχῶς δὲ λέγεται τὸ γράμμα, τό τε στοιχεῖον, ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, καὶ τὸ ὄνομα, οἷον ἄλφα. Sic ex

mutæ (134): reliquæ, ut videtur, semivocalibus annumerabantur (135). Stoici in *Dictione* distinguebant *Dialectum* et *significationem* (136),

emendatione Galesii legendum esse censuit Casaub. Eamdem lectionem cæteri editores secuti sunt, quæ tamen mihi nonnihil religionis movet. Apud H. Stephanum spinosus hic locus ita exhibetur, p. 257: τῆς δὲ λέξεως στοιχεῖά ἐστι τὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα. Τριχῶς δὲ λέγεται τὸ γράμμα· ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου καὶ τὸ ὄνομα. Audiendus Ammon. De simil. et different. vocab., ed. Valckenaer., p. 37: γράμμα στοιχείου διαφέρει· στοιχεῖον μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἐκφώνησις καὶ ὁ φθόγγος, οὗ τὸ γράμμα ἐστὶ σημεῖον ἢ τύπος ἢ σχῆμα· ὡς ἐν τῷ Δ, Ο. Τρίγωνον μὲν γάρ ἐστι τὸ Δ, στρογγύλον δὲ τὸ Ο. Τὸ δὲ στοιχεῖον τὸ ὁλόκληρον, οἷον ἄλφα, βῆτα, καὶ τὰ λοιπά. Τὰ δὲ στοιχεῖα καταχρηστικῶς γράμματα κτλ. Liquet γράμμα esse typum ac formam; στοιχεῖον autem ἐκφώνησιν καὶ φθόγγον, h. e. sonum quo illi typi, illæ formæ efferuntur ac pronuntiantur; ut in trigono γράμμα est Δ; at στοιχεῖον est δέλτα. Inde sequitur scribendum fuisse ἄλφα, βῆτα, nam si α, β, scribas, non procedit quod ait Ammonius; quum α, β, sint vere γράμματα, at vero ἄλφα, βῆτα, proprie στοιχεῖα, non γράμματα, nisi improprie. Cf. Henr. Vales. ad Harpocr., p. 207, ed. Maussac. Ante Valckenaer., vulgata scriptura hæc erat: γράμμα στοιχείου διαφέρει. Στοιχεῖον μὲν γάρ ἐστιν αὐτὴ ἡ ἐκφώνησις, καὶ ὁ φθόγγος· οὗ τὸ γράμμα σημεῖον ἢ τύπος, σχῆμά· ὡς ἐν τῷ, τρίγωνον μὲν γάρ ἐστι τὸ Δ, στρογγύλον δὲ τὸ Ο, τύπος. Τὸ δὲ στοιχεῖον τὸ ὁλόκλρηρον, οἷον Α, Β, καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα καταχρηστικῶς γράμματα. Nullam, in Diog. Laert. l. l., varietatem Codd. Par. præbent. Nihil addendum arbitror, retinendamque H. Stephani lectionem; sed hunc in modum interpungendam esse : τριχῶς δὲ λέγεται (supple στοιχεῖον)· τὸ γράμμα, ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, καὶ τὸ ὄνομα.

(134) Diog. Laert., ibid. 57.

(135) Assentior iis quæ tradit Schmidt, l. l., p. 19: « Jam

λόγον vocantes orationem quæ certum sensum exhibebat (137). Etymologicæ curam impenderunt, eo usque ut ad ineptias descenderent (138).

Quod ad orationis partes adtinet, *quatuor* tantummodo admiserunt Stoicorum principes (139);

» per se haud temere quis conjecerit et aspiratas (scilicet præ-
« ter liquidas quas hodie dicimus ac tres compositas conso-
« nantes) a Stoicis semivocalibus fuisse annumeratas; etsi quod
« diserte Priscianus narrat, hunc quoque errorem a qui-
« busdam antiquis Græcorum grammaticis invasisse Latinos,
« qui quidem aspiratas semivocales esse putarint, nulla alia
« causa inducti, nisi quod spiritus in iis abundet, id ad Stoi-
« corum redire doctrinam vel minus esset probabile. »

(136) Diog. Laert. l. l., 56: διάλεκτος δέ ἐστι λέξις κεχαραγμένη ἐθνικῶς τε καὶ Ἑλληνικῶς· ἢ λέξις ποταπὴ, τουτέστι, ποιὰ κατὰ διάλεκτον· οἷον, κατὰ μὲν τὴν Ἀτθίδα «θάλαττα,» κατὰ δὲ τὴν Ἰάδα «ἡμέρη.»

(137) Idem, ibid. et 57: λέξις δέ ἐστι, κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς, ὥς φησιν ὁ Διογένης, φωνὴ ἐγγράμματος, οἷον· ἡμέρα· ἐστί. Λόγος δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ, ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη..... Διαφέρει δὲ φωνὴ καὶ λέξις, ὅτι φωνὴ μὲν καὶ ὁ ἦχός ἐστι· λέξις δὲ, τὸ ἔναρθρον μόνον. Λέξις δὲ λόγου διαφέρει, ὅτι λόγος ἀεὶ σημαντικός ἐστι· λέξις δὲ καὶ ἀσήμαντος ὡς ἡ Βλίτρι (alii Βλήτυρι, vel Βλίτυρι)· λόγος δὲ οὐδαμῶς.

(138) De Stoicis Etymologicæ studiosissimis cf. Schmidt, l. l., p. 23-35.

(139) Dionys. Halic. De compos. verbor. II, p. 18-20, ed. Schæf.: ἡ σύνθεσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων· ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι. Ταῦτα δὲ Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες χρόνους, ἄχρι τριῶν προήγαγον, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες ἕως τεττάρων προὐβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα.

Chrysippus autem nomen divisit in *proprium* et *appellativum*, Antipaterque Tarsensis *medietatem* adjunxit (140). Quum longum esset huc afferre eorum doctrinam de orationis partibus (141), non abs re tamen esse arbitratus sum

(140) Diog. Laert. l. l., 57: τοῦ δὲ λόγου ἔστι μέρη πέντε, ὥς φησι Διογένης τε ἐν τῷ Περὶ φωνῆς, καὶ Χρύσιππος· ὄνομα, προσηγορία, ῥῆμα, σύνδεσμος, ἄρθρον. Ὁ δὲ Ἀντίπατρος καὶ τὴν μεσότητα τίθησιν ἐν τοῖς Περὶ λέξεως καὶ λεγομένων. Stoicos ulterius progressos fuisse docet Dionys. Halic., l. l. p. 20, ed. Schæf.: εἶθ' οἱ μεταγενέστεροι τὰ προσηγορικὰ διελόντες ἀπὸ τῶν ὀνοματικῶν, πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέρη. Ἕτεροι δὲ καὶ τὰς ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἕκτον στοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. Οἱ δὲ καὶ τὰ ἐπιῤῥήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ τὰς προσθέσεις ἀπὸ τῶν συνδέσμων, καὶ τὰς μετοχὰς ἀπὸ τῶν προσηγορικῶν. Οἱ δὲ καὶ ἄλλας τινὰς εἰσάγοντες τομὰς, πολλὰ τὰ πρῶτα μόρια τῆς λέξεως ἐποίησαν, ὑπὲρ ὧν οὐ μικρὸς ἂν εἴη λόγος.

(141) Maxime necessaria subjiciam:

1° De *Articulo*, Diog. Laert. l. l., 58: ἄρθρον ἐστὶ στοιχεῖον λόγου πτωτικὸν, διορίζον τὰ γένη τῶν ὀνομάτων, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς, οἷον· ὁ, ἡ, τό· οἱ, αἱ, τά. Cf. Schmidt, l. l. p. 39-43.

2° De *Appellatione* et *Nomine*, Diog. Laert. ibid. 58: ἔστι δὲ προσηγορία μὲν, κατὰ τὸν Διογένην, μέρος λόγου σημαῖνον κοινὴν ποιότητα· οἷον, ἄνθρωπος, ἵππος. Ὄνομα δέ ἐστι μέρος λόγου δηλοῦν ἰδίαν ποιότητα· οἷον, Διογένης· Σωκράτης. Cf. Schmidt l. l. p. 43-44. Quinque casus distinxerunt, teste Diog. Laert. lib. VII, 192; ubi tradit Chrysippum scripsisse Περὶ πέντε πτώσεων, α'. Quamquam non est diffitendum, ibid. 65, tres tantum obliquos casus commemorare Dioclem: πλάγιαι δὲ πτώσεις εἰσί· γενικὴ, καὶ δοτικὴ, καὶ αἰτιατική, ubi Aldobrandin.: « Vocativus et Ablativus non videntur a Nominativo differre, « nisi adjectione. Nominativo enim additur vocandi particula et auferendi præpositio, ut Nominativi significatio- « nem deponat, et vel Vocativi vel Ablativi suscipiat. » Cf.

pauca addere de *Prædicatis*, quæ multum ad *Pronuntiata* (ἀξιώματα) conferebant.

Schmidt, l. l. p. 57-60. Idem, p. 58-59, explicat quatenus in hujus termini usu ab Aristotele Stoici recesserint.

3° De *Verbo*, Diog. Laert. ibid. 58 : ῥῆμα δέ ἐστι μέρος λόγου σημαῖνον ἀσύνθετον κατηγόρημα, ὡς ὁ Διογένης, ἤ ὥς τινες, στοιχεῖον λόγου ἄπτωτον, σημαῖνόν τι συντακτὸν περί τινος ἤ τινων, οἷον· γράφω· λέγω. Cf. Schmidt, l. l. p. 45. Vide, ibid., p. 66-70: *Cur Temporum* et *Modorum doctrina fuerit a Stoicis omissa.*

Verbis annumerabant *Participium* (ἀντανάκλαστον προσηγορίαν, h. e., reciprocam appellationem); verbis et nominibus *Adverbium*. Priscian. II, p. 574, ed. Putsch. (T. I, p. 66, sq. Krehl.) : « Secundum Stoicos vero quinque sunt orationis par-« tes: nomen, appellatio, verbum, pronomen sive articulus, « conjunctio. Nam participium connumerantes verbis *partici-* « *piale verbum* vocabant vel casuale: necnon etiam adverbia « nominibus vel verbis connumerabant; et quasi adjectiva ver-« borum nominabant. » Sosip. Charis. II, p. 175, ed. Putsch. : « Quum adverbium Stoici, ut alias diximus, πανδέκτην vo-« cent; nam omnia in se capit quasi collata per satyram con-« cessa sibi rerum varia potestate. » Vide quos citat Schmidt, l. l. p. 45-46.

4° De *Conjunctione*, Diog. Laert. ibid. 58 : σύνδεσμος δέ ἐστι μέρος λόγου ἄπτωτον, συνδοῦν τὰ μέρη τοῦ λόγου. De hac parte orationis peculiarem scriptionem Posidonius reliquerat. Apollon., de Conjunct., Bekker. Anecdota, T. II, p. 480: Ποσειδώνιος ἐν τῷ Περὶ συνδέσμων ἀντιλέγων πρὸς τοὺς φάσκοντας, ὡς οἱ σύνδεσμοι οὐ δηλοῦσι μέν τι, αὐτὸ δὲ μόνον τὴν φράσιν συνδέουσι, φησίν, etc. Conjunctioni copulabant *Præpositiones* (Priscian. II, p. 574, ed. Putsch., T. I, p. 67, Kr.), easque præpositivas conjunctiones vocabant. Apollon. De *Syntax*. IV, I, p. 300: ἔνθεν γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς προθετικοὺς ἐκάλουν συνδέσμους καὶ προθέσεις, ἄμεινον ἡγησάμενοι ἀπὸ τῆς ἐξαιρέτου συντάξεως τὴν ὀνομασίαν θέσθαι, ἤπερ ἀπὸ τῆς δυνάμεως, καθάπερ οἵ τε συναπτικοὶ καὶ συμπλεκτικοὶ καὶ οἱ ὑπόλοιποι. Quam doctrinam Stoicorum impugnat Priscian. XIV, p. 983, ed. Putsch. (T. I, p. 592, Kr.). Cf. Schmidt, l. l. p. 46-48.

Pronuntiatum duo membra necessario continebat: id de quo aliquid prædicaretur, atque id quod prædicaretur de aliquo. Hoc *prædicatum*, illud *casum* dicebant (142): quinque distinxerunt casus, quos vindicabant solis nominibus (143).

Recta nominabant prædicata, quæ indicabant motum corporis aut animi, in aliam rem personamve transeuntem; *supina* habitum passivum exprimentia; *neutra*, neque motum transitivum, neque habitum passivum exhibentia; *reciproca*, supinis annumeranda propter passivum habitum quem indicant, *passivis* autem eximenda, quum passivus ille habitus proficiscatur ab ipsa persona quæ patitur (144). Prædicata vocabantur Συμβάματα, quando per nominativum con-

(142) Plutarch. Quæst. Platonic. t. X, p. 194, ed. Reisk.: πρῶτον λόγον οἱ παλαιοὶ, τὴν τότε καλουμένην πρότασιν, νῦν δ' ἀξίωμα, προσηγόρευον, ὃ πρῶτον λέγοντες, ἀληθεύουσιν, ἢ ψεύδονται. Τοῦτο δ' ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος συνέστηκεν, ὧν τὸ μὲν πτῶσιν οἱ Διαλεκτικοὶ, τὸ δὲ κατηγόρημα καλοῦσιν.

(143) *De Casibus* vide not. 141.

(144) Diog. Laert. l. l., 64-65: ἀντιπεπονθότα δέ ἐστιν ἐν τοῖς ὑπτίοις, ἀνύπτια ὄντα· ἐνεργήματα δέ ἐστιν, οἷον· κείρεται. Ἐμπεριέχει γὰρ ἑαυτὸν ὁ κειρόμενος. Aldobrandin. pro ἀντιπεπονθότα posuit αὐτοπεπονθότα. Hunc confutat Menag., auctoritate Philonis et Origenis fretus. Prior enim, *De Caino*, p. 82, ed. Turneb.: ὥσπερ γὰρ τὸ κείρεσθαι διττόν· τὸ μὲν ὡς ἀντιπεπονθὸς κατὰ ἀντέρεισιν, τὸ δὲ ὡς ὑπεῖκον καθ' ὑπόπτωσιν· πρόβατον μὲν γὰρ ἢ δέρμα ἢ τὸ λεγόμενον κώδιον, οὐδὲν ἐνεργοῦν ἐξ αὐτοῦ, πάσχον δὲ μόνον, ὑφ' ἑτέρου κείρεται· ὁ δ' ἄνθρωπος συνδρῶν, καὶ σχηματίζων, καὶ ἐπιτήδειον παρέχων ἑαυτὸν, ἀνακιρνὰς τῷ πάσχειν τὸ ποιεῖν κτλ. Alter, Adv. Celsum, VI, p. 315: ἐπειδὴ τὸ πείθεσθαι, ὥσπερεὶ τῶν

structiones absolvebantur (145); Παρασυμβάματα, si obliquus casus cum nominativo proferretur (146); Ἀσυμβάματα, quum ex duobus obliquis fieret constructio (147). *Pronuntiatum* definiebant, id

καλουμένων ἀντιπεπονθότων, ἐστὶν ἀνάλογον τῷ κείρεσθαι ἄνθρωπον, ἐνεργοῦντα τὸ παρέχειν ἑαυτὸν τῷ κείροντι· διὰ τοῦτο κτλ. Qui loci apprime facere videntur ad afferendam Diogeni medicinam. Retinendum enim ἀντιπεπονθότα ostendunt. Ad hæc, παρέχων atque παρέχειν innuunt pro ἐμπεριέχει substitui posse ἐμπαρέχει, ut sit: ἀντιπεπονθότα δέ ἐστιν ἐν τοῖς ὑπτίοις ἀνύπτια ὄντα· ἐνεργήματα δέ ἐστιν, οἷον· κείρεται. Ἐμπαρέχει γὰρ ἑαυτὸν ὁ κειρόμενος. Latinam interpretationem sic refingo: *Reciproca vero sub forma supinorum non supina sunt: actiones autem significant, ut* κείρεται. *Semetipsum enim tradendum præbet* ὁ κειρόμενος. Ubi *supina* et *supinorum* idem significant quod *passiva* et *passivorum;* Aldobrandin. not. in Diog. Laert. l. l., p. 191, ed. Meibom.: « Quod enim Græci ὕπτιον, « Latini *supinum* dicunt: alioqui poteram vertere *passiva*, « voce quamquam non satis latina, tamen a veteribus gram- « maticis usurpata. »

(145) Priscian. XVIII, p. 1118, ed. Putsch. (T. II, p. 109, Kr.): « Sciendum, quod has quidem constructiones quæ per nomina- « tivum absolvuntur, Stoici ἀξιώματα vel συμβάματα, i. e. digni- « tates vel congruitates vocabant, ut: ego Priscianus scribo; « Apollonius ambulat; Cato (alii: Plato) philosophatur. » Suidas, v. σύμβαμα: κατὰ τοὺς γραμματικοὺς πρότασις ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος, αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζουσα, οἷον· Ἰωάννης περιπατεῖ.

(146) Priscian. ibid.: « Illas vero quibus transitiones ab alia « ad aliam fiunt personam, in quibus necesse est cum nomina- « tivo etiam obliquum aliquem casum proferri, παρασυμβάματα « dicebant, h. e. minus quam congruitates, ut: Cicero servat « patriam. » Suidas: παρασύμβαμα δὲ πρότασις ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος, οὐκ αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζουσα, οἷον· Ἰωάννῃ μέλει· φήσας γάρ· Ἰωάννης περιπατεῖ, οὐδενὸς ἄλλου ἔχρῃζεν· εἰπὼν δέ. Ἰωάννῃ μέλει, περὶ τίνος παρέλειψεν εἰπεῖν.

(147) Priscian. ibid., p. 1119: « Quando vero ex duobus

quod est verum aut falsum; sive dictum per se perfectum, enunciabile quantum in se ipso (148). Inter se differre docebant interrogationem (ἐρώτημα) et (πύσμα) percontationem (149).

« obliquis constructio fit, ἀσυμβάματα, i. e. incongruitates dice-
« bant, ut: placet mihi venire ad te, sive nominibus ipsis tan-
« tum, seu verbis hoc exigentibus. »

(148) Diog. Laert. VII, 65; Cic. Tuscul. I, 7; Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotypos. II, 11, p. 90, ed. Fabr.: καὶ τὸ μὲν ἀξίωμά φασιν εἶναι λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ.

(149) Diog. Laert. ibid. 66: ἐρώτημα δέ ἐστι πρᾶγμα αὐτοτελὲς μὲν, ὡς καὶ τὸ ἀξίωμα· αἰτητικὸν δὲ ἀποκρίσεως.... Πύσμα δέ ἐστι πρᾶγμα πρὸς ὃ συμβολικῶς οὐκ ἔστιν ἀποκρίνεσθαι, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐρωτήματος, ναί· ἀλλὰ εἰπεῖν· Οἰκεῖ ἐν τῷδε τόπῳ. Joann. Philoponus, in prior. Analytic. p. VII: διαφέρει ἡ διαλεκτικὴ ἐρώτησις τῆς πυσματικῆς· ὅτι πρὸς μὲν τὴν διαλεκτικὴν ἐρώτησιν ἀρκεῖ ἢ τὸ Ναὶ, ἢ τὸ Οὒ ἀποκρίνασθαι.... Πρὸς δὲ τὰς πυσματικὰς πλείονος δεῖ λόγου, οἷον·

> Τίς πόθεν εἷς ἀνδρῶν; Πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;
> (Odyss. I, 170.)

Αὕτη πυσματικὴ ἡ ἐρώτησις, πρὸς ἣν πλειόνων δεῖ λόγων τῷ ἀποκρινομένῳ· ἐπάγει γοῦν·

> Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.
> (Odyss. IX, 39.)

Utraque locum obtinet inter figuras Rhetor. Alexander, De Figur. XXII: ἐρώτημά ἐστι, πρὸς ὃ ἀνάγκη ἀποκρίνασθαι κατ' ἀπόφασιν ἢ κατάφασιν οὕτω, ναὶ ἢ οὔ· οἷον, ἐξῆλθες ἐπὶ τὴν μάχην, ἢ οὔ; Καὶ ὡς Δημοσθένης· « πότερον ταῦτα ποιῶν ἔλυε « τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ; » Ἀνάγκη γὰρ καὶ πρὸς τοῦτο ἢ ναὶ ἢ οὒ ἀποκρίνασθαι. Ibid. XXIII: πύσμα δέ ἐστι, πρὸς ὃ διεξοδικῶς ἀπαντῆσαι δεῖ καὶ διὰ πλειόνων, ὡς ἔχει τὸ τοιοῦτον· « ἐμὲ δὲ, ὦ τριταγωνιστὰ, τὸ τίνος φρόνημα λαβόντα τούτοις συμβουλεύειν ἔδει; » Ἐνταῦθα γὰρ οὐκ ἔστιν ἀποκρίνασθαι ναὶ ἢ οὒ· ἀλλὰ διὰ πλειόνων ἀνάγκη ἀπαντᾷν τῷ τοιοῦτον ἐροῦντι. Rh. gr. Walz. T. VIII, p. 455; cf. Zonæum, De Figur. ibid. p. 678; Anonym. ibid. p. 703-704.

Subtilem Stoicorum de varia pronuntiatorum specie doctrinam transcribere a meo proposito alienum est: legendi vero hac de re Diogenes Laertius (150), maximeque Sextus Empiricus (151). Neque miremur, si tantam in Pronuntiatis operam posuerunt, quum apud illos Pronuntiata essent Demonstrationis fundamentum; scientia autem ortum duceret a Demonstratione, quæ nihil aliud erat quam ratio e rebus perceptis ad id quod non percipiebatur adducens (152).

In argumentis sophismatibusque explicandis multi quoque fuerunt Stoici (153), atque ex omni illa disciplina colligebant Dialecticam esse necessariam, virtutemque in specie virtutes continentem (154), cui adhærescebant *lapsus deviatio*, edocens utrum assentiri oporteat necne (155), *levitatis amotio*, qua cavemus ne assentiamur verisimilibus (156), *accurata circumspectio*, quæ neque redargui neque convinci potest (157), *vanitatis expers gravitas*, ad rectam rationem visa referens (158).

(150) Diog. Laert. l. l., 69, sqq.

(151) Adv. Mathem. VIII, 11, p. 533, sqq. ed. Fabr.

(152) Cic. Acad. I, lib. II, 8; Diog. Laert. VII, 45: τὴν δὲ ἀπόδειξιν, λόγον διὰ τῶν μᾶλλον καταλαμβανομένων, τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον περὶ πάντων. Ubi cum Davis. περιστάντα ponendum arbitror pro περὶ πάντων.

(153) Cf. Diog. Laert. ibid. 77 sq.; Sext. Empir. l. l., VIII, p. 500 sqq.

(154) Diog. Laert. ibid. 46.

(155) Idem, ibid.

(156) Idem, ibid.

(157) Idem, ibid. — (158) Idem, ibid. 47.

Orationem dividebant in *pedestrem ac solutam*, atque in *numerosam* et *metro adstrictam*, ποίημα vocantes verba plura modice in quamdam conjecta formam; ποίησιν, perpetuum argumentum ex rhythmis, ut Ilias Homeri et Annales Ennii (159). Virtutes orationis quinque esse tradebant: *græcismum* (160), *perspicuitatem* (161), *brevitatem* (162), *decorum* (163), *artificiosam conformationem* (164); vitia duo præcipua, *barbarismum* et *solœcismum* (165).

(159) Diog. Laert., l. l., 60; Varro apud Nonium, v. Poema.

(160) Idem, ibid. 59: ἑλληνισμὸς μὲν οὖν ἐστι φράσις ἀδιάπτωτος ἐν τῇ τεχνικῇ καὶ μὴ εἰκαίᾳ συνηθείᾳ.

(161) Idem, ibid.: σαφήνεια δέ ἐστι λέξις γνωρίμως παριστῶσα τὸ νοούμενον.

(162) Idem, ibid.: συντομία δέ ἐστι λέξις αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα περιέχουσα πρὸς δήλωσιν τοῦ πράγματος.

(163) Idem, ibid.: πρέπον δέ ἐστι λέξις οἰκεία τῷ πράγματι.

(164) Idem, ibid.: κατασκευὴ δέ ἐστι λέξις ἐκπεφευγυῖα τὸν ἰδιωτισμόν.

(165) Idem, ibid.: ὁ δὲ βαρβαρισμὸς ἐκ τῶν κακιῶν λέξις ἐστὶ, παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδαιμονούντων Ἑλλήνων· σολοικισμὸς δέ ἐστι λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος. Suidas pro εὐδαιμονούντων habet εὐδοκιμούντων, quod sequitur Voss. De Vitiis sermon. lib. I, 1, vertitque: *probatorum*. Vulgatam lectionem merito retinet Aldobrandin.: « εὐδαιμονούντων — *beatorum* dixit pro *urbano*« *rum*.» Sext. Empir. Adv. Mathem. II, 10, p. 260: βαρβαρισμός ἐστι παράπτωσις ἐν ἁπλῇ λέξει παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν· καὶ σολοικισμός ἐστι παράπτωσις ἀσυνήθης κατὰ τὴν ὅλην σύνταξιν ἀνακόλουθος. Ad Logicam magis quam ad Grammaticam pertinent quæ docet Diog. Laert. de Definitione, ibid. 60; de Descriptione, ibid.; de Genere, ibid.; de Specie, 61; de Divisione atque Subdivisione, ibid.; de Partitione, 62; de Amphibolia, ibid.

3° *De Rhetorica apud Academicos.*

Socratem et Platonem vidimus tam acriter invectos fuisse in sophistas, ut oratoriæ arti crimini verterent mala quæ perverso eloquentiæ usu exoriebantur. Utroque exstincto, eorum mens, usque vivax, apud Academicos in posterum Rhetoricæ perpetuam conflavit invidiam. Veterem enim Academiam quam Speusippus et Xenocrates continuaverant, quum excepisset Academia *Secunda* vel *Media;* deinde Academia *Tertia* vel *Nova*, Platonis et Carneadis exemplo, Academici plerique Eloquentiæ curam dederunt; multi tamen in accusanda Rhetorica quæsiverunt laudem.

Philosophiæ studium cæteris disciplinis apud Academicos minime interclusit aditum. Xenocrates de Arte librum edidit (166); Speusippus de Artium reprehensione, multaque alia scripsit (167). Neque philosophiæ se totum permisit Polemon cui tantam admirationem Homerus et Sophocles injecerant, ut diceret alterum *epicum* esse *Sophoclem*, alterum *tragicum Homerum* (168). Polemonis auditor Crates librum *de Comœdia*, orationesque composuit. Quis eloquentiam magnopere coluisse neget Crantorem, quem ad do-

(166) Diog. Laert. IV, 12.

(167) Idem, ibid. 4.: καταλέλοιπε δὲ πάμπλειστα ὑπομνήματα καὶ διαλόγους πλείονας κτλ.

(168) Idem, ibid. 20.

lorem fovendum lectitabat Tullius (169), nequaquam profiteri dubitans ad verbum ejus libellum, non magnum quidem, sed vere aureolum ediscendum esse (170)? Homerum et Euripidem Crantor in primis diligebat, dicere solitus operosum esse, salva proprietate, scribere tragice simul cum affectu misericordiæ (171). Homerum quotidie, ante somnum, legebat Arcesilaus, mediæ Academiæ pater. Mane, ubi primum excutiebatur somno, ut innueret se poetam illum revolvere velle, exclamabat: *Pergo ad Amasium* (172). Pindarum quoque et Platonem summo in honore habuit (173).

Has inter artes, Rhetorica nunquam apud Academicos in honore fuit. Quæ enim Sextus Empiricus narrat (174) de Critolao et Charmida, multis criminibus Rhetoricam accusantibus; eadem mutato nomine, in quemvis Academicorum apprime cadere possunt.

(169) Teste S. Hieronym. in Casaub. not. ad Diog. Laert., l. l., 27.

(170) Cic. Acad. I, lib. II, 44.

(171) Diog. Laert. ibid. 26: ἐργῶδες ἐν τῷ κυρίῳ τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς γράψαι.

(172) Idem, ibid. 31.

(173) Idem, ibid.: τόν τε Πίνδαρον ἔφασκε δεινὸν εἶναι φωνῆς ἐμπλῆσαι καὶ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων εὐπορίαν παρασχεῖν. Ibid. 32: ἐῴκει δὴ θαυμάζειν καὶ τὸν Πλάτωνα, καὶ τὰ βιβλία ἐκέκτητο αὐτοῦ.

(174) Adv. Mathem. II, p. 292, ed. Fabr.: εἰώθασι καὶ οὗτοι τοιαῦτά τινα λέγειν, ὅτι τὰς μὲν τέχνας οὐκ ἐκβάλλουσιν αἱ πόλεις πάνυ τοι βιωφελεῖς οὔσας ..... τὴν μέν τοι ῥητορικὴν πάντες πανταχόθεν ὡς πολεμιωτάτην ἐδίωξαν. Cf. p. 297-298.

4° *De Rhetorica apud Epicureos.*

Epicurus, quum diceret philosophiam rationibus et disputationibus vitam parare beatam (175), Rhetoricam omnesque alias disciplinas nihili faciebat; quippe quæ ad bene vivendum minime conferrent. Non adhibendam esse igitur fidem arbitror Sexto Empirico narranti Gargettium talem se gessisse, sive ut suam tegeret inscitiam (176), sive quia Platoni, Aristoteli, Nausiphani, suo quondam doctori, multisque aliis copiosa disciplinarum supellectile instructis invideret (177). Veri

(175) Sext. Empir. Adv. Mathem. XI, 6, p. 720, ed. Fabr.: Ἐπίκουρος μὲν ἔλεγε τὴν φιλοσοφίαν ἐνέργειαν εἶναι, λόγοις καὶ διαλογισμοῖς τὸν εὐδαίμονα βίον περιποιοῦσαν.

(176) Sext. Empir. Adv. Mathem., p. 215, ed. Fabr.; Cic., De Finib. I, 21: « Nonne ei (subintell. Epicuro) maximam gratiam habere debemus, qui hac exaudita quasi voce naturæ, sic eam firme graviterque comprehenderit, ut omnes bene sanos in viam placatæ, tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret? Qui quod tibi parum videtur eruditus, ea causa est, quod nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam juvaret. » Athen. XIII, p. 588, A: « ἐπ' ἄλλο δ' εἶδος μεταβήσομαι λόγων, καὶ πρῶτόν γε μνησθήσομαι τοῦ φιλαληθεστάτου Ἐπικούρου· ὅστις ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος ὢν, ἐμακάριζε καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἐπὶ φιλοσοφίαν παρερχομένους, τοιαύτας φωνὰς προϊέμενος· « μακαρίζω σε, ὦ οὗτος, ὅτι καθαρὸς πάσης αἰτίας ἐπὶ φιλοσοφίαν ὥρμησας. » Ὅθεν αὐτὸν καὶ ὁ Τίμων φησίν·

Γραμμαδιδασκαλίδην ἀναγωγότατον ζωόντων.

Quem versum præcedit alter apud Diog. Laert. X, 3: διὸ καὶ τὸν Τίμωνα φάσκειν περὶ αὐτοῦ·

Ὕστατος αὖ φυσικῶν καὶ κύντατος ἐκ Σάμου ἐλθών,
Γραμμαδιδασκαλίδης, ἀναγωγότατος ζωόντων.

(177) Sext. Empir. l. l.

multo similius videtur rem ita evenisse, quia Epicurus cæteros apud philosophos nihil reperiebat quod doctrinæ suæ faveret. Inde factum, ut Stoicos impugnaret (178), scriberet contra Theophrastum (179) et Dialecticos (180), Logicam a se procul expelleret(181). Veritatem solam sapientis investigatione dignam esse dictitans, figmenta poetarum despiciebat (182), docebatque nihil aliud e Rhetorica petendum esse, quam orationis perspicuitatem (183). Quapropter disci-

(178) Ut qui accurate versarentur in Grammatica et Dialectica quas respuebat. De Epicuro Grammaticæ contemptore, Sext. Empir. Adv. Mathem. I, 13, p. 274-275, ed. Fabr.: αὐτοὺς δὲ εὑρήσομεν τοὺς τῆς Γραμματικῆς κατηγόρους Πύῤῥωνά τε καὶ Ἐπίκουρον κτλ. Quod ad Dialecticam adtinet, vide not. 181.

(179) Cf. Menag. not. in Diog. Laert. X, 28.

(180) Diog. Laert. ibid. 8, 27.

(181) Sext. Empir. Adv. Mathem. VII, p. 373: μεθ' οὗ (subintell. Ἀρχελάου) τινες καὶ τὸν Ἐπίκουρον τάττουσιν, ὡς καὶ τὴν λογικὴν θεωρίαν ἐκβάλλοντα· ἄλλοι δὲ ἦσαν, οἵ φασι μὴ κοινῶς αὐτὸν τὴν λογικὴν παρῃτῆσθαι, μόνην δὲ τὴν τῶν Στωϊκῶν. Quam ob rem, Gassendi, De vita ac moribus Epicuri, VII, 10, contendit eum Dialecticam nomine commutato, necessaria retinuisse; inutiles autem Stoicorum tricas omisisse. A logicis certe auspicatos esse philosophiam Epicureos docet Sext. Empir. ibid. p. 374: οἱ δὲ Ἐπικούρειοι ἀπὸ τῶν λογικῶν εἰσβάλλουσι· τὰ γὰρ κανονικὰ πρῶτον ἐπιθεωροῦσι, περί τε ἐναργῶν καὶ ἀδήλων καὶ τῶν τούτοις ἀκολούθων ποιοῦνται τὴν ὑφήγησιν.

(182) Plutarch., De audiend. Poet. t. VI, p. 53, ed. Reisk.: πότερον οὖν τῶν νέων, ὥσπερ τῶν Ἰθακησίων, κηρῷ τινι τὰ ὦτα ἀτέγκτῳ καταπλάσσοντες, ἀναγκάζωμεν αὐτοὺς τὸ Ἐπικούρειον ἀκάτιον ἀραμένους, ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελαύνειν.

(183) Diog. Laert. l. l., 13: σαφὴς δ' ἦν οὕτως, ὡς καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς ῥητορικῆς ἀξιοῖ μηδὲν ἄλλο ἢ σαφήνειαν ἀπαιτεῖν. Epi-

pulos suos hortabatur ut caverent a dicendi artificio; id quod testatur epistolæ ad Herodotum perdifficilis locus (184), qui, quo planius intelli-

cureis dicendi ornamenta respuentibus labem aspergit Dionys. Halic. De Compos. verbor. XXIV, p. 374-376, ed. Schæf.: εἰ δέ τις δοκεῖ καὶ πόνου πολλοῦ ταῦτα καὶ πραγματείας μεγάλης ἄξια εἶναι, καὶ μάλα ὀρθῶς δοκεῖ κατὰ τὸν Δημοσθένην· ἀλλ' ἐὰν λογίσηται τοὺς ἐξακολουθοῦντας αὖ τοῖς κατορθουμένοις ἐπαίνους, καὶ τὸν καρπὸν τῶν ἁπάντων, ὡς γλυκὺς, εὐπαθείας ἡγήσεται τοὺς πόνους. Ἐπικουρείων δὲ χορὸν, οἷς οὐδὲν μέλει τούτων, παραιτούμεθα· τὸ γὰρ, οὐκ ἐπιπόνου τοῦ γράφειν ὄντος, ὡς αὐτὸς Ἐπίκουρος λέγει, τοῖς μὴ στοχαζομένοις τοῦ πυκνὰ μεταπίπτοντος κριτηρίου, πολλῆς ἀργίας ἦν καὶ σκαιότητος ἀλεξιφάρμακον. Ante omnia igitur dictionem *propriam* captavit Epicurus, quod ei quidam vitio verterunt; Diog. Laert., l. l.: κέχρηται δὲ λέξει κυρίᾳ κατὰ τῶν πραγμάτων, ἣν, ὅτι ἰδιωτάτη ἐστὶν, Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς αἰτιᾶται. Eam tamen minime reprehendit Cic., De Finib. I, 5: « Oratio me hujus philosophi non offendit; nam et complectitur verbis quod vult et dicit plane quod intelligam. »

(184) Diog. Laert. ibid. 37-38: πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὦ Ἡρόδοτε, δεῖ εἰληφέναι, ὅπως ἂν τὰ δοξαζόμενα, ἢ ζητούμενα, ἢ ἀπορούμενα ἔχωμεν εἰς ὃ ἀνάγοντες ἐπικρίνειν, καὶ μὴ ἄκριτα πάντα ἡμῖν εἰς ἄπειρον ἀποδεικνύωσιν, ἢ κενοὺς φθόγγους ἔχωμεν. Ἀνάγκη γὰρ τὸ πρῶτον ἐννόημα καθ' ἕκαστον φθόγγον βλέπεσθαι, καὶ μηθὲν ἀποδείξεως προσδεῖσθαι, εἴπερ ἕξομεν τὸ ζητούμενον ἢ ἀπορούμενον καὶ δοξαζόμενον ἐφ' ὃ ἀνάξομεν, εἴτε κατὰ τὰς αἰσθήσεις δεῖ πάντα τηρεῖν, καὶ ἁπλῶς τὰς παρούσας ἐπιβολὰς, εἴτε διανοίας, εἴθ' ὁτουδήποτε τῶν κριτηρίων. Ibi multa videntur egere medicina. L. 3, pro εἰς ὃ ponendum censeo cum Hübner., Nürnberger., atque Schneider., εἰς ταῦτα, quod exhibent Codd. Par. 1757, 1759, et bene congruit cum Epicuri doctrina: namque, comprehensis quæ subjiciuntur vocibus, illa fiunt πρόληψις ad quam cætera sunt referenda. L. 4, pro ἀποδεικνύωσιν, iisdem Codd. fretus substituam ἀποδει-

gatur, *Canona* paucis explicem necessarium est.

Philosophiam Epicurus divisit in Canonicam, Physicam, Ethicam (185); Dialecticæ

κνύουσιν, quod notum habuisse videtur Ambros. Traversari vertens: *ne indiscreta sint omnia nobis in infinitum demonstrantibus*. Male Aldobrandin.: *ne aut omnia infinita indicari non posse nobis ostendant*. Kühn. conjicit ἀποτείνωσιν: *ne omnia indiscussa nobis in infinitum abeant*, *tendant*; quam conjecturam Schneider. respuit. L. 7: pro ἀνάξομεν, prætulit Schneider. ἀνάξωμεν, cui assentior. In εἴτε, quod ter occurrit l. 7-9, aliquid inesse mendi suspicatus est Hübner.; unumque e tribus expungendum judicavit. Idem pro ὁτουδήποτε, l. 9, scribit ὅ, τι δή ποτε. Sic omnia plana fiunt; locum igitur in hunc modum refingo: πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὦ Ἡρόδοτε, δεῖ εἰληφέναι, ὅπως τὰ δοξαζόμενα, ἢ ζητούμενα, ἢ ἀπορούμενα ἔχωμεν, εἰς ταῦτα ἀνάγοντες (Codd. Par. habent ἀναγαγόντες), ἐπικρίνειν· καὶ μὴ ἄκριτα (subintell. ᾖ) πάντα ἡμῖν εἰς ἄπειρον ἀποδεικνύουσιν, ἢ κενοὺς φθόγγους ἔχωμεν. Ἀνάγκη γὰρ τὸ πρῶτον ἐννόημα καθ' ἕκαστον φθόγγον βλέπεσθαι καὶ μηθὲν ἀποδείξεως προσδεῖσθαι· εἴπερ ἕξομεν τὸ ζητούμενον ἢ ἀπορούμενον καὶ δοξαζόμενον ἐφ' ὃ ἀνάξωμεν· εἴτε κατὰ τὰς αἰσθήσεις δεῖ πάντα τηρεῖν καὶ ἁπλῶς τὰς παρούσας ἐπιβολὰς τῆς διανοίας· εἴτε καθ' ὅ, τι δή ποτε τῶν κριτηρίων. Quæ latine ita vertenda propono: « Primum igitur, o Herodote, ea quæ subjecta sunt vocibus oportet comprehendisse; ut quæ opinamur, vel quærimus, vel de quibus ambigimus, ad illa referentes dijudicare possimus; neque indiscreta sint omnia nobis in infinitum demonstrantibus, neque inanes voces habeamus. Necesse est enim primam notionem secundum unamquamque vocem dispici, nihilque probatione indigere; siquidem habebimus ad quod referamus quæsitum, vel dubitatum, vel opinatum. Sive secundum sensus, omnia ac simpliciter præsentes mentis adgressiones observare oportet, sive secundum quamlibet aliam judicii normam. »

(185) Sic Diog. Laert. l. l., 29-30. Haud scio an rectius

utpote supervacaneæ *Canona* suum substituit, veritatis discendæ instrumenta esse docens *sensus, anticipationes*, *affectus* (186). Quæ sensus perceperant, sequebatur *opinio* seu vera, seu falsa (187). *Anticipationem* vocabat ipsam rei notionem ortam e memoria ejus quod sæpius sensibus nostris se obtulit; ita ut, absque anticipata notione, neque quærere liceat, neque dubitare (188). Anticipationes evidentes esse dicebat: ea autem quæ sunt tantummodo *opinabilia*, ut evidentia fierent, referenda esse ad Anticipationem suam, i. e. ad prius aliquid evidens, ex quo penderent (189). Loquentibus utendum esse docebat verbis usitatis atque perspicuis; audientibus omni ope atque opera enitendum, ut obscura vel ambigua procul amoverent.

Quamquam Epicurus Rhetoricam despiciebat (190), de ea tamen librum scripsisse certis

esset dicere Epicurum constituisse bifariam philosophiam, physicam nimirum et ethicam. *Canonica* enim nihil aliud erat quam εἰσαγωγή, Diog. Laert. ibid. : τὸ μὲν οὖν κανονικὸν ἐφόδους ἐπὶ τὴν πραγματείαν ἔχει.

(186) Diog. Laert. ibid. 31.

(187) Ibid. 34: τὴν δὲ δόξαν καὶ ὑπόληψιν λέγουσιν· ἀληθῆ τέ φασι καὶ ψευδῆ· ἂν μὲν γὰρ ἐπιμαρτυρῆται ἢ μὴ ἀντιμαρτυρῆται, ἀληθῆ εἶναι· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιμαρτυρῆται ἢ ἀντιμαρτυρῆται, ψευδῆ τυγχάνειν.

(188) Ibid. 33; Sext. Empir. Adv. Mathem. I, 3, p. 228, ed. Fabr.; XI, 2, p. 695.

(189) Diog. Laert. l. l., 33.

(190) Quinctil. II, 17: « Agnon... Rhetorices accusationem professus est; nam de Epicuro qui disciplinas omnes fugit, nihil miror. » Quam ob rem ejus secta ab eloquentia prorsus aliena existimabatur. Idem, XII, 2: « In primis nos Epicurus a se

confirmatur testimoniis (191). Ejus inter discipulos inclaruerunt ante alios Metrodorus (192), Dialecticis infensus (193), et Hermarchus (194). Hic primum vacaverat eloquentiæ (195), cui

ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissima jubet. » Cf. Cic. Brut. XXXV.

(191) Diog. Laert. l. l., 13. Max. Planud. Schol. in Hermog. De Formis, I : ὁ δέ γε Ἐπίκουρος ἐν τῷ περὶ ῥητορικῆς αὐθαδέστερον, οἶμαι, λέγων φησὶν αὐτὸς μόνος εὑρηκέναι τέχνην πολιτικῶν λόγων· τοὺς δὲ ἄλλους (Cod. Mon. VIII, ἀλόγους) ἀποσκορακίζων (Idem Cod., ἀποσκληροσαρκίζων) ῥήτορας ἑαυτῷ πως μαχόμενα λέγει· φύσις γάρ ἐστιν ἡ κατορθοῦσα λόγους, τέχνη δὲ οὐδεμία, Rh. gr. Walz. t. V, p. 440—441.

(192) Lampsacenum fuisse narrat Strab. XIII : ἐκ Λαμψάκου δὲ Χάρων τε ὁ συγγραφεὺς..... καὶ Μητρόδωρος, ὁ τοῦ Ἐπικούρου ἑταῖρος, p. 406, ed. Casaub., 1587. Apud Diog. Laert. X, 22, legitur : μαθητὰς δὲ ἔσχε πολλοὺς μὲν, σφόδρα δὲ ἐλλογίμους, Μητρόδωρον Ἀθηναῖον, καὶ Τιμοκράτην καὶ Σάνδην Λαμψακηνόν. Cic., Tuscul. V, 27 : « Qui enim beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam quod Athenis Metrodorus. » Casaub. inde collegit non Atheniensem fuisse Metrodorum, atque Ἀθηναῖον apud Diog. Laert. cujusdam alius philosophi nomen significare. Cui assentitur Meibom. legens: μαθητὰς δὲ ἔσχε πολλοὺς μὲν, σφόδρα δὲ ἐλλογίμους, Μητρόδωρον, καὶ Ἀθηναῖον κτλ. Rectius Gassendi, De Vit. Epicur. I, 8, voces Ἀθηναῖον καὶ Τιμοκράτην καὶ Σάνδην, ut spurias expungendas esse censuit, quibus detractis cætera optime cohærent. Jonsius, De Scriptor. Hist. philosoph. I, 20, suspicatur Metrodorum dictum esse Lampsacenum; ideo quod Epicuri, dum Lampsaci commoraretur, assecla fuerat.

(193) Adversus Dialecticos librum scripsit. Diog. Laert. ib. 24.

(194) Sic scribendum esse, non *Hermachus*, id quod legitur apud Diog. Laert. ibid., καὶ ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν Ἕρμαχος Ἀρχεμάχου κτλ., confirmant Philodemus, compluribus locis; Villoison, Anecd. gr. t. II, p. 159; Visconti, Iconogr. gr. t. I, p. 216, ed. in 4°.

(195) Diog. Laert. ibid. : τὰς δὲ ἀρχὰς προσέχων ῥητορικοῖς.

paulo post dixit extremam salutem, ut philosophiam amplexaretur.

§ IV. De Rhetorica ab excidio Corinthi usque ad Augustum.

Rhetorica, quæ ab Aristotele mortuo usque ad Corinthum eversam apud Peripateticos gratia valuerat, male excepta fuit, immo pervicaciter oppugnata ab Academicis et Epicureis. Mutata autem vice, inde ab excidio Corinthi usque ad Augusti tempora, philosophorum elapsa manibus, proprium domicilium sibi fecit. Nova enim de oratoria arte præcepta tradiderunt peculiares magistri, inter quos Hermagoras, Apollonius Molon, Gorgias Atheniensis, Castor primas obtinuerunt. Scripta quæ reliquerant vetustas pæne abolevit; adeo ut pauca, et illa quidem valde turbata, vix exstent vestigia. Quæ indaganti mihi, ut definiatur qualis tunc temporis græcorum rhetorum ratio docendi fuerit, operæ pretium esse videtur, breviter enarrare quænam disciplinæ, illa ætate, Romæ viguerint; ut quæ cum studiis Græcorum arctissime conjungerentur.

Apud Romanos serum fuit Grammaticæ studium, initiumque ejus mediocre exstitit (196). Nullos ante Appium Claudium (197) memoratos ludos littera-

(196) Sueton. De illustrib. Grammat. I: « Rudi scilicet ac bellicosa etiam tum civitate, necdum magno opere liberalibus disciplinis vacante. »

(197) Dionys. Halic. Antiqq. Rom. XI, 28 : ταύτην τὴν κόρην

rios reperi. Quæ *primæ litteræ* ibi dictæ sunt (198), nihil aliud erant quam legendi, pronuntiandi, scribendi, memorandique exercitationes : ea fuit romanæ Grammaticæ infantia. Hanc promovit Livius Andronicus, qui docendi græca latinaque lingua domi atque foris provinciam sustinuit (199). Eamdem viam ingressus Ennius Romanos, quorum res gestas epico carmine celebravit, litteris græcis in quibus ipse versatus erat, imbuere conatus est (200). Non ita multo post, Alexandriæ Aristarchus,

(Virginiam) ἐπίγαμον οὖσαν ἤδη, θεασάμενος Ἄππιος Κλαύδιος ἀναγινώσκουσαν ἐν γραμματιστοῦ· ἦν δὲ τὰ διδασκαλεῖα τῶν παίδων τότε περὶ τὴν ἀγοράν. Cf. J. G. Walch., De gymnas. litterariis veterum Romanorum, Jenæ, 1721.

(198) Pseudo-Ascon. in Divin. § 47 : « Omnem scholam ludum dixere Romani, et magistri ludi dicuntur qui primas litteras docent. »

(199) Sueton. l. l., I : « Antiquissimi doctorum, qui iidem et poetæ et oratores semigræci erant (Livium et Ennium dico; quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotum est), nihil amplius quam græca interpretabantur ; ac si quid latine ipsi composuissent, prælegebant. »

(200) Festus, in voc. Regium :
Contendunt Græcos : Graios memorare solent sos,
Quod græca lingua longos per tempori' tractus,
Hos pavi.

Eodem fere tempore, Sp. Carvilius primus mercede docuit, litteramque G a C distinxit ; Plutarch. Quæst. Rom. LIX, p. 278, ed. Didot. : ὀψὲ δ' ἤρξαντο μισθοῦ διδάσκειν, καὶ πρῶτος ἀνέῳξε γραμματοδιδασκαλεῖον Σπόριος Καρβίλιος, ἀπελεύθερος Καρβιλίου τοῦ πρώτου γαμετὴν ἐκβαλόντος. Idem, ibid. p. 277 : καὶ γὰρ τὸ Κ πρὸς τὸ Γ συγγένειαν ἔχει παρ' αὐτοῖς· ὀψὲ γὰρ ἐχρήσαντο τῷ γάμμα, Καρβιλίου Σπορίου προσεξευρόντος. Ludum quoque aperuit Chilo, Catonis Censorii servus; Plutarch. Cat. maj. XX : γενομένου

Pergami Crates, diversam secuti sunt docendi rationem (201). Ad senatum missus ab Attalo, Ro-

δὲ τοῦ παιδὸς, οὐδὲν ἦν ἔργον οὕτως ἀναγκαῖον, εἰ μή τι δημόσιον, ὡς μὴ παρεῖναι τῇ γυναικὶ λουούσῃ τὸ βρέφος καὶ σπαργανούσῃ... Ἐπεὶ δ' ἤρξατο συνιέναι, παραλαβὼν αὐτὸς ἐδίδασκε γράμματα· καίτοι χαρίεντα δοῦλον εἶχε γραμματιστὴν, ὄνομα Χίλωνα, πολλοὺς διδάσκοντα παῖδας.

(201) Aul. Gell. II, 25 : « In latino sermone, sicut in græco, alii Ἀναλογίαν sequendam putaverunt, alii Ἀνωμαλίαν. Ἀναλογία est similium similis declinatio, quam quidam latine proportionem vocant. Ἀνωμαλία est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens. Duo autem græci grammatici illustres Aristarchus et Crates, summa ope, ille Ἀναλογίαν, hic Ἀνωμαλίαν defensitavit.» Varro, de Ling. Lat. IX, 1 : «.... Nesciunt docere quam discere, quæ ignorant. In quo fuit Crates, nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo homine acutissimo, qui reliquit sex libros περὶ ἀνωμαλίας, heis libris contra ἀναλογίαν atque Aristarchum est nixus; sed ita, ut scripta indicant ejus, ut neutrius videatur pervidisse voluntatem; quod et Chrysippus, de inæquabilitate quum scribit sermonis, propositum habet ostendere similes res dissimilibus verbis, et dissimilibus similes esse vocabulis notatas (id quod est verum); et quod Aristarchus, de æquabilitate quum scribit et de verborum similitudine, quorumdam inclinationes sequi jubet, quoad patiatur consuetudo. »

De Cratetis et Aristarchi controversiis, legendi Schmidt, Stoicorum Grammatica § I, p. 2-4; § VI, not. 50, p. 30-33; J. A. C. Van Heusde, Disquisit. de L. Ælio Stilone, Trajecti ad Rhenum, 1839, p. 22-25. Wolf. Prolegom. ad Homer. p. 278 : « Permirum est, in paucis reliquiis Cratetis satis argumenti esse, ut quibus de rebus cum Aristarcho contenderit, et quantum inferior fuerit illo, suspicari liceat. Imo nullius veterum criticorum ingenium et doctrinam nobis tam bene nosse videmur quam Cratetis. Ac primum quidem, quum Aristarchus Homerum ad simplicitatem priscorum temporum, non ad novas opiniones temere affictas, interpretari instituisset, Crates Stoicus gloriæ vatis male consuli putavit, nisi ipsi multiplices artes

mam Grammaticæ studium Crates primus intulit (202). Ibi, fracto crure, per omne legationis et valetudinis tempus assidue disseruit, Romanisque exemplo fuit ad imitandum (203). Qui post discessum ejus docuerunt, poetarum carmina(204), præcipueque Annales Ennii, publice legebant et interpretabantur (205); quamvis anagnostarum magis quam grammaticorum munus implerent (206). *Litterati* appellati fuerunt (207),

Pergamenas allineret, eumque converteret in Philosophum, Mathematicum, Astronomum, Geographum et quidvis potius quam quod ipse voluerat. »

(202) Sueton. De illustrib. Grammat. II.

(203) Inter secundum ac tertium bellum punicum, sub ipsam Ennii mortem. E regione Palatii prolapsus in cloacæ foramen, crus fregit. Cf. Sueton. ibid.

(204) Sueton. l. l.: « Hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent, ac legendo commentandoque etiam cæteris nota facerent. »

(205) Idem, ibid.: « Ut postea Quintus Vargunteius Annales Ennii, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat. » Ubi Casaub.: « Recitatio hæc Annalium in corona circumstantium morem græcorum Rhapsodorum in Homericis versibus pronuntiandis referebat. Quare ut fuere in Græcia, qui Homeridæ dicebantur; sic in Italia, qui Enniastæ. »

(206) Suringar. Hist. Critic. Scholiast. Lat. t. I, p. 58: « Interpretes illi, etsi negari non queat ipsos in istorum poetarum scriptis interpretandis nonnihil operæ collocasse, an carmina quæ legerint, scriptis commentariis interpretati fuerint, summopere dubia res. Equidem crediderim hos interpretes anagnostarum magis quam grammaticorum munere functos esse. »

(207) Sueton. l. l., IV: « Appellatio grammaticorum græca consuetudine invaluit; sed initio *litterati* vocabantur. »

majorque in dies ad eos confluxit turba audientium. Paulatim, accedente prosæ curà(208), Grammatica in scientiæ formam perducta est, neque amplius *litteratio* fuit sed *litteratura;* dictique sunt *grammatici* qui *litterati* vocabantur. Grammatici poetarum pertractationem, historiarum cognitionem, verborum interpretationem, pronuntiandi quemdam sonum juris sui fecerunt (209).

Perinde atque Grammatica, sero apud Romanos, immo difficilius recepta est Rhetorica (210) cujus initia fluxerunt quoque a Græcis. Per varias enim regiones dispersis Achæis exsulibus, multi Romam ad instituendos juvenes convenerunt (211). Rhetorica quam veteres grammatici docuerant (212), etsi prohibita fuerat

(208) J. A. C. Van Heusde, l. l., p. 25 : « Florentibus hisce studiis accessit paulo post prosæ orationis cura et interpretatio. Historica opera Fabii Pictoris, Cincii Alimenti, præsertim Catonis scripta et orationes, quas hoc magis intererat rite cognoscere, quo ad civilem vitam propius pertinebant, in plurimorum notitiam, assiduitate atque industria interpretum, perveniebant. »

(209) Cic. De Orat. I, 42. — (210) Sueton. De clar. Rhetor. I.

(211) Polyb. Reliq. lib. XXXII, 10, ed. Didot. : ὁ δὲ Πολύβιος, ξενισθεὶς τῇ τοῦ μειρακίου καταρχῇ τῶν λόγων, οὐ γὰρ εἶχε πλέον ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τότε· Μὴ πρὸς Θεῶν, Σκιπίων, ἔφη, μηδὲ λέγε ταῦτα, μηδ' ἐν νῷ λάμβανε τὸ παράπαν..... Ἐγὼ δὲ κἂν αὐτὸς ἡδέως σοι συνεπιδοίην ἐμαυτὸν, καὶ συνεργὸς γενοίμην εἰς τὸ καὶ λέγειν τι καὶ πράττειν ἄξιον τῶν προγόνων. Περὶ μὲν γὰρ τὰ μαθήματα, περὶ ἃ νῦν ὁρῶ σπουδάζοντας ὑμᾶς καὶ φιλοτιμουμένους, οὐκ ἀπορήσετε τῶν συνεργησόντων ὑμῖν ἑτοίμως, καὶ σοὶ κἀκείνῳ. Πολὺ γὰρ δή τι φῦλον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιρρέον ὁρῶ κατὰ τὸ παρὸν τῶν τοιούτων ἀνθρώπων.

(212) Sueton. De illustrib. Grammat. IV: « Multorum de utra-

(213), utilis tamen et honesta censeri cœperat; ita ut multi eam præsidii causa et gloriæ appeterent (214), quum Carneades, Diogenes, Critolaus Romam legati venerunt (215). Quibus auditis, flagravit romana juventus incredibili quodam eloquentiæ studio (216), quod exstinguere

que arte commentarii feruntur. Secundum quam consuetudinem posteriores quoque existimo, quamquam jam discretis professionibus, nihilominus vel retinuisse, vel instituisse et ipsos quædam genera institutionum ad eloquentiam præparandam, ut problemata, paraphrases, allocutiones, ethologias, atque alia hoc genus; ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur. »

(213) Sueton., De clar. Rhetor. I: «Quod ne cui dubium sit, vetus senatusconsultum, item censorium edictum, subjiciam:—« Caio Fannio Strabone, M. Valerio Messala, consulibus, Marcus Pomponius prætor senatum consuluit. Quod verba facta sunt de Philosophis et de Rhetoribus, de ea re ita censuerunt: ut M. Pomponius prætor animadverteret, curaretque, uti ei e republica fideque sua videretur, ut Romæ ne essent.» — De iisdem, interjecto tempore, Cn. Domitius Ænobarbus et L. Licinius Crassus, censores, ita edixerunt: « Renuntiatum est nobis, esse homines, qui novum genus disciplinæ instituerunt — nobis non placere. » Cf. Aul. Gell. XV, 11.

(214) Sueton. ibid.

(215) De illa legatione, cf. Cic. De Orat. II, 37; Plutarch. Cat. maj. XXII; Aul. Gell. VII, 14.

(216) Plutarch. l. l., XXII: εὐθὺς οὖν οἱ φιλολογώτατοι τῶν νεανίσκων ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἵεντο, καὶ συνῆσαν ἀκροώμενοι καὶ θαυμάζοντες αὐτούς. Μάλιστα δ' ἡ Καρνεάδου χάρις, ἧς δύναμίς τε πλείστη, καὶ δόξα τῆς δυνάμεως οὐκ ἀποδέουσα, μεγάλων ἐπιλαβομένη καὶ φιλανθρώπων ἀκροατηρίων, ὡς πνεῦμα, τὴν πόλιν ἠχῆς ἐνέπλησε. Καὶ λόγος κατεῖχεν, ὡς ἀνὴρ Ἕλλην εἰς ἔκπληξιν ὑπερφυὴς, πάντα κηλῶν καὶ χειρούμενος, ἔρωτα δεινὸν ἐμβέβληκε τοῖς

non potuit Catonis auctoritas iterum iterumque in Curia reclamantis (217): sic antiqua studia excepit Græcorum eruditio. Exinde, quicumque apud Romanos sive ingenii fama, sive doctrina floruerunt, studiose coluere græcas litteras quibus exercitatissimos fuisse legimus L. Ælium (218), Titumque Albutium (219). Græce historiam scripserat A. Albinus (220); Catulo Græci ipsi linguæ suæ subtilitatem elegantiamque concedebant (221); apud Rhodios græcam orationem habuit Tib. Gracchus (222); in M. Æmilio

νέοις, ὑφ' οὗ τῶν ἄλλων ἡδονῶν καὶ διατριβῶν ἐκπεσόντες ἐνθουσιῶσι περὶ φιλοσοφίαν.

(217) Plutarch. ibid.: ὁ δὲ Κάτων ἐξ ἀρχῆς τε τοῦ ζήλου τῶν λόγων παραῤῥέοντος εἰς τὴν πόλιν ἤχθετο, φοβούμενος μὴ τὸ φιλότιμον ἐνταῦθα τρέψαντες οἱ νέοι, τὴν ἐπὶ τῷ λέγειν δόξαν ἀγαπήσωσι μᾶλλον τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων καὶ τῶν στρατειῶν· ἐπεὶ δὲ προὔβαινεν ἡ δόξα τῶν φιλοσόφων ἐν τῇ πόλει.... ἔγνω μετ' εὐπρεπείας ἀποδιοπομπήσασθαι τοὺς φιλοσόφους ἅπαντας ἐκ τῆς πόλεως. Καὶ παρελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον ἐμέμψατο τοῖς ἄρχουσιν, ὅτι πρεσβεία κάθηται πολὺν χρόνον ἄπρακτος ἀνδρῶν, οἳ περὶ παντὸς, οὗ βούλοιντο, ῥᾳδίως πείθειν δύνανται. Idem, ibid. XXIII: ταῦτα δ' οὐχ, ὥς ἔνιοι νομίζουσι, Καρνεάδῃ δυσχεράνας ἔπραξεν, ἀλλ' ὅλως φιλοσοφίᾳ προσκεκρουκὼς, καὶ πᾶσαν Ἑλληνικὴν μοῦσαν καὶ παιδείαν ὑπὸ φιλοτιμίας προπηλακίζων· ὅς γε καὶ Σωκράτη φησὶ λάλον καὶ βίαιον γενόμενον ἐπιχειρεῖν, ᾧ τρόπῳ δυνατὸν ἦν, τυραννεῖν τῆς πατρίδος, καταλύοντα τὰ ἔθη, καὶ πρὸς ἐναντίας τοῖς νόμοις δόξας ἕλκοντα καὶ μεθιστάντα τοὺς πολίτας κτλ.

(218) Cic. Brut. LVI.

(219) Idem, ibid. XXXV.

(220) Idem, ibid. XXI.

(221) Cic. De Orat. II, 7.

(222) Idem, Brut. XX.

Lepido primum apparuit lenitas illa Græcorum, et verborum comprehensio (223); Rutilius græca oratione latinam historiam edidit (224); M. Tullius, Roma profectus, Græciam totamque Asiam peragravit, ut cum nobilissimis philosophis (225), summisque oratoribus exerceretur (226); M. Ant. Gnipho non minus græce quam latine doctus fuit (227); Atteius philologus profitebatur se in græcis litteris magnum processum habuisse (228).

Hac ætate, rhetores græci oratoriam artem

(223) Cic., ibid. XXV.

(224) Athen. IV, A, p. 168.

(225) Audiit 1° inter Epicureos: Phædrum (Epist. ad Famil. XIII, 1; ad Attic. V, 11), Zenonem (De Natur. Deor. I, 21), Philodemum (Orat. in Pison. 28), Scyronem (Acad. II, 33); — 2° inter Stoicos: Diodotum (Brut. XC; Tuscul. V, 39), Athenodorum Tarsensem (Epist. ad Famil. III, 7), Posidonium (ad Attic. II, 1; De Natur. Deor. I, 3); — 3° inter Peripateticos: Cratippum (De Offic. I, 1); — 4° inter Academicos: Philonem (Acad. pluribus locis), Dionem Alexandrinum (Acad. II, 4; pro Cœlio, 10; 21), Aristum (ad Attic. V, 10), Antiochum (Brut. XCI.).

(226) Cic. Brut. XCI.

(227) Sueton. De illustrib. Grammat. VII.

(228) Idem, ibid. X. Testis est Cicero quanto in honore tunc temporis haberentur græcæ litteræ; Sueton. De clar. Rhetor., II: « De hoc Cicero ad M. Titinium sic refert: Equidem memoria teneo, pueris nobis, primum latine docere cœpisse L. Plotium quemdam; ad quem quum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant græcis exercitationibus ali melius ingenia posse. »

bifariam fecerunt, *causam* appellantes rem positam in disceptatione rerum et controversia; *quæstionem*, rem positam in infinita dubitatione (229). Quinque dicebant esse tamquam eloquentiæ membra: *invenire* quid dicendum sit, inventa *disponere*, deinde *ornare verbis*, post *mandare memoriæ*, tum ad extremum *agere ac pronuntiare* (230).

Hermagoras, Temno oriundus (231), viam velut propriam sibi aperuit. Rhetoricæ finem aiebat *persuasibiliter dicere* (232), addebatque *Statum* esse, per quem subjecta res intelligeretur, et ad quem probationes partium referrentur (233). Definito genere causæ, intuendum Hermagoræ videbatur

(229) Cic. De Orat. II, 19.

(230) Cic. Ibid.

(231) Strab. XIII: ταῖς δὲ νῦν Αἰολικαῖς πόλεσιν ἔτι καὶ τὰς Αἰγὰς προσληπτέον καὶ τὴν Τῆμνον, ὅθεν ἦν Ἑρμαγόρας ὁ τὰς ῥητορικὰς τέχνας συγγράψας, p. 427, ed. Casaub. 1587. Hunc Suidas confudit cum altero, Theodori Gadarei discipulo.

(232) Quinctil. II, 15. Sext. Empir. Adv. Mathem. II, p. 301, ed. Fabr.: Ἑρμαγόρας τελείου ῥήτορος ἔργον εἶναι ἔλεγε· τὸ τεθὲν πολιτικὸν ζήτημα διατίθεσθαι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον πειστικῶς. De hac Hermagoræ definitione, Sopater Schol. in Hermog. De Statibus: ὁ μὲν γὰρ Ἑρμαγόρας οὕτω διαιρεῖ· ἔστι τι γένος, λογικὴ ἐπιστήμη, εἶδος δ' αὐτῆς ἡ ῥητορική· ὅλον δὲ τῆς ῥητορικῆς τὸ δικανικὸν καὶ συμβουλευτικὸν καὶ πανηγυρικόν. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 63. Idem, in Hermog. Artem, ibid. t. V, p. 15: οἱ δὲ Στωϊκοὶ ἀντίστροφον τῇ Διαλεκτικῇ αὐτὴν καλοῦσιν· οἱ δὲ περὶ Ἑρμαγόραν δύναμιν τοῦ εὖ λέγειν τὰ πολιτικὰ ζητήματα. Max. Planud. Rhetor. prolegom. ibid. p. 213: οἱ δὲ Ἑρμαγόρειοι οὕτως· δύναμις περὶ λόγον, τέλος ἔχουσα τὸ πείθειν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ.

(233) Max. Planud. Schol. in Hermog. De Statibus: κατὰ μέντοι τὸν Ἑρμαγόραν Στάσις ἐστὶ, καθ' ἣν ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ὑποκειμένου πράγματος· διὰ δὲ τοῦ « Ἀντιλαμβανόμεθα » τὰ τῶν

quid esset *quæstio*, *ratio*, *judicatio*, *continens*, i. e. συνέχον vel firmamentum (234). Docuit esse quæstiones aut *in scripto*, aut *in non scripto*; in scripto esse de jure; in non scripto esse de re; illud *legale*, hoc *rationale* genus, i. e. νόμιμον et λογικόν, appellabat (235). Legales quæstiones has fecit : *scripti* et *voluntatis* (quam ipse vocabat κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν, i. e. dictum et exceptionem), *ratiocinativum*, *ambiguitatis*, *legum contrariarum* (236). Solus putavit *status rationales* esse quatuor : conjecturam, proprietatem, translationem, qualitatem (237). Hanc divisit *in appetenda* et *fugienda*, quæ pars erat deliberativa; *in personam* (pars ea ostendebatur *laudativa*); *in negotialem*, in qua de rebus ipsis quærebatur, remoto personarum complexu; *in juridicialem*, in qua fere eadem quærebantur;

ἀντιδίκων παρέστησε πρόσωπα. Rh. gr. Walz. t. V, p. 252. Cf. Anonym. De Statibus, ibid. p. 592; t. VII, p. 173.

(234) Quinctil. III, 11.

(235) Idem, ibid., 5.

(236) Idem, ibid., 6.

(237) Idem, ibid. 6. Cf. Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus : ἐκεῖνος (subintell. Ἑρμαγόρας) μὲν γὰρ Στάσιν ἔλεγε κοινὴν τὴν ποιότητα· τὰς δὲ λογικὰς εἴδη τῆς ποιότητος· ὥσπερ ἡμεῖς στοχασμοῦ εἴδη φαμὲν τὸ διπλοῦν καὶ ἁπλοῦν, ὡσαύτως καὶ ὅρον· ἀκριβέστερον δὲ Ἑρμογένης κοινὸν ὄνομα τὴν ποιότητα εἶπεν, τῶν κατὰ ποιότητα ἐξεταζομένων· ὡς γὰρ κοινὸν μὲν ὄνομα τὸ ὂν τῶν γενικοτάτων, γένη δὲ αὐτὰ τὰ δέκα· καὶ εἴδη οἷον ἄνθρωπος, δίπηχυ, τρίπηχυ, λευκὸν, δεξιὸν καὶ ἑξῆς· κύριον δὲ, οἷον Σωκράτης· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτου· κοινὸν μὲν ἡ ποιότης· γένη δὲ ἀντίληψις, ἀντίστασις, καὶ ἑξῆς· κύρια δὲ ταῦτα, ὡς ἄτομα· ἄτομα γὰρ αἱ καθ' ἕκαστα Στάσεις κτλ. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 223.

sed certis destinatisque personis (238). Primus omnium instituit *translativam constitutionem* (239), cujus erat controversia, quum quæreretur aut quem, aut quicum, aut apud quem, aut apud quos, aut quo modo, aut quo jure, aut quo tempore agere oporteret; aut omnino aliquid de commutatione aut informatione actionis ageretur (240). Post Reprehensionem, degressionem; tum postremam conclusionem posuit. In hac degressione putabat oportere quamdam inferri orationem a causa atque a judicatione ipsa remotam, quæ aut sui laudem, aut adversarii vituperationem contineret, aut in aliam causam deduceret, ex qua conficeret aliquid confirmationis

(238) Quinctil. l. I., 6; statimque addit: « Nec me fallit, in primo Ciceronis Rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem, quum ita scriptum sit: — « Negotialis est, in qua quid juris ex civili more et æquitate sit, consideratur; cui diligentiæ præesse apud nos jurisconsulti existimantur.» — Sed quod ipsius de his libris judicium fuerit, supra dixi: sunt enim velut regestæ in hos commentarios quos adolescens deduxerat, scholæ; et si qua in his culpa, tradentis est; sive eum movit quod Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus juris; sive quod Græci πραγματικούς vocant juris interpretes. »

(239) Cic. De Inv. I, 11 : « Hujus constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur, non quod non usi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animadverterint artis scriptores eam superiores, nec retulerint in numerum constitutionum. Post autem ab hoc inventam multi reprehenderunt, quos non tam imprudentia falli putamus (res enim perspicua est), quam invidia atque obtrectatione quadam impediri.»

(240) Idem, ibid.

aut reprehensionis; non argumentando, sed augendo per quamdam amplificationem (241).

Hæc quidem pauciora sunt quam ut judicem de illo rhetore, qui multa composuerat (242). Ducibus tamen Cicerone et Quinctiliano, dicam in Rhetorica quam ex antiquis Artibus edidit, Hermagoram electas res collocasse ingeniose satis et diligenter; nonnihil quoque novi protulisse virum alioqui subtilem et in plurimis admirandum, tantum diligentiæ nimium sollicitæ, ut ipsa ejus reprehensio laude aliqua non indigna sit (243); cujus disciplina ad inveniendum expedita, etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen apta quædam et parata singulis causarum generibus argumenta tradebat (244).

Apollonius Molon, quum actor in veris causis scriptorque præstans, tum in notandis animadvertendisque vitiis, et instituendo docendoque prudentissimus (245), orationum in Curia græce

(241) Cic., ibid., 51.

(242) Quinctil. III, 5.

(243) Quinctil. III, 11.

(244) Cic. Brut. LXXVI: «C. Sicinius igitur, Q. Pompeii illius, qui censor fuit, ex filia nepos, quæstorius mortuus est, probabilis orator; jam vero etiam probatus, ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita, Hermagoræ disciplina: ea dat rationes certas et præcepta dicendi; quæ si minorem habent apparatum, sunt enim exilia, tamen habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes vias.» Cf. ibid. LXXVIII.

(245) Cic., ibid. XCI, ubi hæc de semetipso narrat: «Is dedit operam, si modo id consequi potuit, ut nimis redundantes nos, et superfluentes juvenili quadam dicendi im-

habendarum princeps exstitit, primusque exterarum gentium sine interprete in senatu auditus est (246). Hic, quum studia Ciceronis acuisset, id invitus effecit, ne quorum arma Romani vicerant, eorum ingenio vincerentur (247). Apollonii Cæsar quoque auditor fuit (248). Ex iis quæ de Rhetorica scripserat, nihil superest nisi σχήματος definitio (249).

punitate et licentia, reprimeret, et quasi extra ripas diffluentes coerceret. Ita recepi me biennio post, non modo exercitatior, sed prope mutatus.»

(246) Valer. Max. II, 2 : « Quis ergo huic consuetudini, qua nunc græcis actionibus aures curiæ exsurdantur, januam patefecit? Ut opinor, Molo rhetor.... quem honorem non immerito cepit, quoniam summam vim romanæ eloquentiæ adjuverat. »

(247) Vell. Paterc. II, 34; Plutarch. in Cic. IV : λέγεται δὲ τὸν Απολλώνιον, οὐ συνιέντα τὴν Ῥωμαϊκὴν διάλεκτον, δεηθῆναι τοῦ Κικέρωνος Ἑλληνιστὶ μελετῆσαι· τὸν δ' ὑπακοῦσαι προθύμως, οἰόμενον οὕτως ἔσεσθαι βελτίονα τὴν ἐπανόρθωσιν· ἐπεὶ δ' ἐμελέτησε, τοὺς μὲν ἄλλους ἐκπεπλῆχθαι καὶ διαμιλλᾶσθαι πρὸς ἀλλήλους τοῖς ἐπαίνοις, τὸν δ' Ἀπολλώνιον οὔτ' ἀκροώμενον αὐτοῦ διαχυθῆναι, καὶ παυσαμένου σύννουν καθέζεσθαι πολὺν χρόνον· ἀχθομένου δὲ τοῦ Κικέρωνος, εἰπεῖν· « Σὲ μέν, ὦ Κικέρων, ἐπαινῶ καὶ θαυμάζω, τῆς δ' Ἑλλάδος οἰκτείρω τὴν τύχην, ὁρῶν, ἃ μόνα τῶν καλῶν ἡμῖν ὑπελείπετο, καὶ ταῦτα Ῥωμαίοις διὰ σοῦ προσγενόμενα, παιδείαν τε καὶ λόγον. »

(248) Sueton. in Cæs. IV : « Cæterum, composita seditione civili, Cornelium Dolabellam, consularem et triumphalem virum, repetundarum postulavit; absolutoque, Rhodum secedere statuit, et ad declinandam invidiam, et ut per otium ac requiem Apollonio Moloni, clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret. »

(249) Phœbammon, De Figur., in Rh. gr. Walz. t. VIII, p. 494:

Doctrina commendabilem fuisse Gorgiam Atheniensem inde colligimus, quod Tullius eo magistro uti in declamando voluerit filium, qui non parum se profecisse declaravit; quum a docente, propter ejus dissolutiores mores, dicedere jussus est (250). Prorsus interiisset liber quem *de Schematibus* scripsit Gorgias, nisi eum vertisset P. Rutilius Lupus. Dolendum est profecto clarorum oratorum fragmenta non jam exstare, nisi latine: id tamen hæc interpretatio habet commodi, quod nusquam alibi reperienda exempla suppeditat, sumta e scriptoribus qui omnino vel

Ἀθηναῖος δὲ ὁ Ναυκρατίτης καὶ Ἀπολλώνιος ὁ ἐπικληθεὶς Μόλων ὡρίσαντο οὕτω· σχῆμά ἐστι μεταβολὴ εἰς ἡδονὴν ἐξάγουσα τὴν ἀκοήν. Appollonii dictum laudat Cic., De Inv. I, 55: « Commotis autem animis diutius in conquestione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius: Lacryma nihil citius arescit. »

(250) Cic. Epist. ad Famil. XVI, 21: « Multum etiam mecum est Epicrates, princeps Atheniensium, et Leonides, et horum cæteri similes: τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε. De Gorgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione utilis; sed omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem. Διαῤῥήδην enim scripserat, ut eum dimitterem statim. Tergiversari nolui, ne mea nimia σπουδή suspicionem ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat, grave esse me de judicio patris judicare. » Causam demissionis docet Plutarch. in Cic. XXIV: Γοργίαν δὲ, τὸν ῥήτορα, αἰτιώμενος εἰς ἡδονὰς καὶ πότους προάγειν τὸ μειράκιον, ἀπελαύνει τῆς συνουσίας αὐτοῦ. Non vanas fuisse has Ciceronis suspiciones arguunt quæ tradit Plinius, H. N. XIV, cap. ult.: « Tergilla Ciceroni M. F. binos congios simul haurire solitum ipsi objicit, Marcoque Agrippæ a temulento scyphum impactum. »

magna ex parte interciderunt; Cleocharem (251) dico, Charisium (252), Daphnidem (253), Demetrium Phalereum (254), Democharem (255), Hegesiam (256), Hyperidem (257), Isidorum (258), Lyconem (259), Myronem (260), Pytheam (261), Sosicratem (262), Stratoclem (263).

Nihil est quod referam de Castore quem alii Massiliensem, Rhodium alii fuisse tradunt (264); nisi eum scripsisse de Rhetorica, de argumentis, de facultate persuadendi (265).

Dum Grammaticæ studia Alexandriæ florebant, ibi Agatharchidas fere solus Rhetoricæ curam habebat (266) : in Græcia, gram-

(251) Lib. I, § 2, p. 5; § 10, p. 35, ed. Ruhnk.
(252) Lib. I, § 10, p. 37; Lib. II, § 6, p. 95; § 16, p. 125.
(253) Lib. I, § 15, p. 52.
(254) Lib. I, § 1, p. 4; Lib. II, § 16, p. 128-129.
(255) Lib. I, § 2, p. 7; § 20, p. 66.
(256) Lib. I, § 7, p. 25; § 11, p. 41; Lib. II, § 2, p. 77; § 10, p. 119.
(257) Lib. I, § 4, p. 15; § 19, p. 63; Lib. II, § 2, p. 79; ibid. § 6, p. 92; § 9, p. 115; § 11, p. 120; § 17, p. 130.
(258) Lib. II, §. 16, p. 127-128.
(259) Ibid. § 7, p. 99-100.
(260) Lib. I, § 20, p. 66; Lib. II, § 1, p. 73.
(261) Lib. I, § 11, p. 40; § 14, p. 49-51.
(262) Lib. I, § 8, p. 30; Lib. II, § 13, p. 122.
(263) Lib. I, § 9, p. 32; Lib. II, § 20, p. 135.
(264) Cf. Fabr. Bibl. Gr. VI, p. 126, Harles; Heyne, de Castoris Epochis, in Comment. Societ. Gœtting. I, p. 67.
(265) Suidas, in voc. Κάστωρ. Eudoc., p. 268.
(266) Photius, Bibl. Cod. CCXIII : τούτῳ πατρὶς μὲν ἡ Κνίδος ἦν· ἡ δὲ τέχνη γραμματικὸν ἐπεδείκνυτο.... Ἔστι δὲ ἐξ ὧν τὸν

maticis rebus fere nullam, multam autem Rhetoricæ operam tribuebant Academici et Epicurei,

ἄνδρα, τοὺς λόγους αὐτοῦ διελθόντες, ἐπέγνωμεν, μεγαλοπρεπής τε καὶ γνωμολογικός· καὶ τῷ μὲν τοῦ λόγου μεγέθει καὶ ἀξιώματι, τῶν ἄλλων μᾶλλον χαίρων.... Τὸ μὲν ἡδὺ καὶ κηλοῦν, καὶ τὴν ψυχὴν διαχέον, λεληθότως δι' ὅλου κατασπείρει τοῦ γράμματος· εἰς τροπὴν δὲ ὅτε (alii ὅτι) παρενήνεκται, οὐδεμίαν λύπην δηλοῦσαν ἀφίησι. Ποιεῖ δὲ αὐτῷ τοῦτο μάλιστα, οὐχὶ ἡ τῶν λέξεων αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν μεταβολή, ἀλλ' ἡ ἀπὸ πραγμάτων ἑτέρων εἰς ἕτερα, μετά τινος σοφῆς καὶ ἠρεμαίας μεταχειρίσεως, μετάβασίς τε καὶ μετατροπή. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀντιλαβεῖν μὲν ὄνομα ῥήματος, ἀμεῖψαι δὲ τὸ ῥῆμα εἰς ὄνομα· καὶ λῦσαι μὲν λέξεις εἰς λόγους, συναγαγεῖν δὲ λόγον εἰς τύπον ὀνόματος, οὐδενὸς ἀνεπιτηδειότερος ὧν ἴσμεν. Καὶ ζηλωτὴς μέν ἐστι Θουκυδίδου, ἔν τε τῇ τῶν δημηγοριῶν διασκευῇ καὶ δαψιλείᾳ· τῷ μεγαλείῳ δὲ μὴ δευτερεύων τοῦ λόγου, τῷ σαφεῖ παρελαύνει τὸν ἄνδρα. Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν ἀνὴρ τοιοῦτος, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ἔχων κλέος. Εἰ δὲ καὶ τὸ τῆς ῥητορικῆς ἐπώνυμον αὐτῷ ἡ μὴ νήφουσα ψῆφος οὐκ ἐπέθετο· ἀλλὰ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ οὐδὲν ἐλάττων τῶν γραμματικῶν, οὐ δεύτερος ἢ τῶν ῥητόρων, δι' ὧν καὶ διδάσκει καὶ γράφει, καταφαίνεσθαι. Similia de Thucydide præbet Dionys. Halic. Thucyd. jud. XXIV : καὶ τοτὲ μὲν λόγον ἐξ ὀνόματος ποιῶν, τοτὲ δ' εἰς ὄνομα συνάγων τὸν λόγον· καὶ νῦν μὲν τὸ ῥηματικὸν ὀνοματικῶς ἐκφέρων, αὖθις δὲ τοὔνομα ῥῆμα ποιῶν. Cf. Epist. II ad Ammæum, § II, ubi pro vulgata lectione ὀνομαστικῶς, posui ὀνοματικῶς. Aliud enim ὀνομαστικός, aliud ὀνοματικός: illud dicitur de casu recto, hoc de certa classe nominum ; Schæfer. ad. Gregor. Corinth. p. 698 ; Sylburg. ad Dionys. Halic. de Compos. Verbor. cap. II, p. 21, ed. Schæf. Ernesti., Lexic. Technol. gr. Rh. p. 231, docet λέξιν ὀνομαστικήν (leg. ὀνοματικήν) dici de verbis quæ participiis, pronominibus etc. conficiuntur, τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων εἰς ὀνόματα πεποιημένην, vocabula a nomine vel verbo flexa, adeoque quodammodo nova et insolentia. Rem exemplis explanat Dionys. Halic. Epist. II, ad Ammæum, § V-VI.

Quod adtinet ad λῦσαι μὲν λέξεις εἰς λόγους, συναγαγεῖν δὲ λό-

apud quos oratoriam artem lacessere tamquam patrii moris erat.

Charmidam (267), Academicorum exemplo, in oppugnanda Rhetorica laureolam quæsivisse testis est memorabilis illa rixa ejus cum Menedemo (268). Quum Rhetoricæ doctores vim rerum maximarum arte sua complecti gloriarentur, contendebat Charmidas, abundanti doctrina et quadam

γον εἰς τύπον ὀνόματος, Aristot. Rhet. III, 6, τῷ ὀνόματι opponit τὸν λόγον, h. e., definitionem, sive circumscriptionem loco nominis : εἰς ὄγκον δὲ τῆς λέξεως συμβάλλεται τάδε· τὸ λόγῳ χρῆσθαι ἀντ' ὀνόματος, οἷον· μὴ κύκλον, ἀλλ' ἐπίπεδον τὸ ἐκ τοῦ μέσου ἴσον. Εἰς δὲ συντομίαν τὸ ἐναντίον, ἀντὶ τοῦ λόγου ὄνομα. Καὶ ἐὰν αἰσχρὸν, ἢ ἀπρεπές· ἐὰν μὲν ἐν τῷ λόγῳ ᾖ αἰσχρὸν, τοὔνομα λέγειν· ἐὰν δὲ ἐν τῷ ὀνόματι, τὸν λόγον. Cui rei lumen admovent verba Auctor. Prolegom. in Hermog. Rhet. : ἰστέον ὅτι πάντα τὰ ὄντα ἢ διὰ μιᾶς λέξεως σημαίνονται ἢ διὰ πλειόνων· καὶ ὅτε μὲν διὰ μιᾶς, ἀκούει τὸ τοιοῦτο ὄνομα· ὅτε δὲ διὰ πλειόνων, ἀκούει τὸ τοιοῦτο λόγος. Rh. gr. Walz. T. IV, p. 17. Exempla suppeditat Dionys. Halic. I, l. § IV.

(267) Χαρμίδας dicitur apud Græcos; Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotypos. I, cap. 33, p. 56, ed. Fabr. : τρίτη δὲ καὶ νέα (subintell. Ἀκαδημία), ἡ τῶν περὶ Καρνεάδην καὶ Κλειτόμαχον· ἔνιοι δὲ καὶ τετάρτην προστιθέασι τῶν περὶ Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν. Idem, Adv. Mathem. II, p. 292, ed. Fabr. : Οἱ δὲ περὶ τὸν Κριτόλαον καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, ἐν οἷς ἐστι Κλειτόμαχος καὶ Χαρμίδας, εἰώθασι κτλ. Euseb. Præparat. Evangel. XIV, 4, post commemoratas tres Academiæ successiones addit : ἔνιοι δὲ καὶ τετάρτην προστιθέασι, τὴν τῶν περὶ Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν· τινὲς δὲ καὶ πέμπτην καταλέγουσι, τὴν τῶν περὶ Ἀντίοχον. *Charmadas* autem vocatur apud Cic. De Orat. I, 18, 20; Orat. XVI; Academic. I, lib. II, 6. De Charmida, cf. Fab. Bibl. Gr. III, p. 167, Harles.

(268) Cf. Cic. De Orat. I, 18-20.

incredibili varietate rerum et copia, omnes partes illius prudentiæ quæ versaretur in perspiciendis rationibus constituendarum et regendarum rerum publicarum petendas esse a philosophia (269); Rhetorum vero libros nugis esse refertos. Quæ disserit, ut ostendat ne vix quidem ipsam dicendi rationem eos attigisse, illa viam præmuniunt iis quæ in sophistas scripsit Philodemus.

De Philodemi rhetoricis libris.

Nunc mihi declarandum id cujus causa hæc dissertatio instituta est; nimirum qualis, Nostri ætate, fuerit *Sophistica*, quinam tunc *Sophistæ* dicendi fuerint.

Ex quo Eloquentiæ studium invasit populos Asiæ, Rhodiosque et aliarum insularum cives; etsi, deficientibus litterarum monumentis, nihil adseverare liceat, tamen Oratores a Cicerone commemoratos, non tam oratores fuisse quam declamatores, inde ab Hegesia, satis veri simile esse dicam. Illud certe constat, Hegesiam apud veteres *sophistam* nominari (270). Philodemi

(269) Cic. Ibid.

(270) Dionys. Halic. De Compos. Verbor. XVIII, p. 244-246, ed. Schæf.: ὧν ἐστι πρῶτός τε καὶ τελευταῖος καὶ μέσος ὁ Μάγνης σοφιστὴς Ἡγησίας. Ibid. p. 248: τί δὲ ὁ λαμβάνει πρᾶγμα ὁ σοφιστής; τοιόνδε· Ἀλέξανδρος, πολιορκῶν κτλ. Quam ob rem in numero sophistarum Hegesiam habuerit Dionys., declarant quæ dicit l. l. p. 256: οὕτως εὐγενῶς ἅμα καὶ δεινῶς πάθη λέγεσθαι προσῆκεν ὑπ' ἀνδρῶν φρόνημα καὶ νοῦν ἐχόντων· ὡς δὲ ὁ

tempore (271), antiqua eloquentia, in dies magis despecta, omnino perierat: cujus in locum successit alia dicendi facultas, intolerabili se jactans fastu. Attica musa e civitatibus expulsa, nova musa e Phrygiæ speluncis nuperrime exorta dignitates omnes, urbiumque magistratus ad se rapiebat (272); adeo ut, ea ætate, *Sophistica* dicta fuerit illa theatralis et imperita eloquentia. Hujus fautores et sectatores appellabantur *sophistæ* (273), qui iidem fere atque rhetores fuisse videntur. Ex iis enim quæ de Apollonio Molone feruntur (274), conjicere possumus Rhe-

Μάγνης εἴρηκεν, ὡς ὑπὸ γυναικῶν ἢ κατεαγότων ἀνθρώπων λέγοιτ' ἂν, καὶ οὐδὲ τούτων μετὰ σπουδῆς, ἀλλ' ἐπὶ χλευασμῷ καὶ καταγέλωτι.

(271) Cicero, tempore suo, Romæ Philodemum floruisse docet, De Finib. II, 35; Orat. in L. Pison. 28. Nostrum audiverat vel legerat Dionys. Halic. qui Romam venit, quum Cæsar Augustus, nuper devicto et sublato Antonio, solus rebus romanis præesset; namque, omisso nomine, ab eo mutuatus est verba Hieronymi de Isocrate. Cf. Philod. Rhet. n° 1007, col. XVII-XIX; Dionys. in Isocr. XIII; adeo ut quæ Dionysius de oratoribus ætatis suæ tradit in Commentar. De Orat. Antiq. I, ea de oratoribus Philodemi æquævis intelligi possint.

(272) Dionys. Halic. Commentar. De Antiq. Orat. I; Cic. Orat. VIII: « Caria, et Phrygia, et Mysia, quod minime politæ minimeque elegantes sunt, adsciverunt aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipale dictionis genus, etc. »

(273) Inter sophistas hujus ætatis libenter annumeraverim Rhodios et Asianos oratores quorum memini, p. XXIX-XXX.

(274) Cic. Brut. XCI.

toricæ magistros tunc temporis eloquentiam tractasse : idem de Hermagora, Atheniensique Gorgia probabilibus conjecturis colligitur (275). Quod ad Rhetoricam adtinet, eam, Hermagora duce, novam ingressam esse viam monuimus; vel potius, exuta philosophicæ disciplinæ forma, in subtiles difficilesque argutias abiisse. Quæ ex conjectura, vel adjuvantibus Tullii Quinctilianique verbis, hac de re assequebamur; ea nunc, repertis Philodemi libris, valida tandem ratione obfirmantur: quamquam dolendum solitos fuisse Epicureos adversarios suos, suppresso nomine, lacessere. Quo fit ut, expleta pæne lacuna aliquot annorum in litterarum græcarum historia, sophistæ quorum doctrina traditur et impugnatur, in tenebris tamen usque delitescant.

Præter odium quo disciplinas artesque omnes Epicurus prosecutus est (276), compertum habe-

(275) Hermagoram oratorem citat Senec. Controv. II, 9; III, 20; V, 30. Posidonium contra hunc disserentem Rhodi audivit Pompeius, Plutarch. in Pomp. XLII : ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε. Ποσειδώνιος δὲ καὶ τὴν ἀκρόασιν ἀνέγραψεν, ἣν ἔσχεν ἐπ' αὐτοῦ, πρὸς Ἑρμαγόραν τὸν ῥήτορα περὶ τῆς καθ' ὅλου ζητήσεως ἀντιταξάμενος. Gorgiæ declamationes laudat Senec. Controv. I, 4. De ejusdem libro περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων cf. Athen. XIII, p. 567, 583, 596; quamquam hunc fortasse diversum esse a rhetore censet Ruhnk. in præf. Rutil. Lup. p. XI. Gorgiæ rhetori adscribuntur *Helenæ Encomium* et *Palamedis Apologia*.

(276) Cf. de Rhetorica apud Epicureos, p. LXXVII-LXXXIII.

mus inter ejusdem effata de sapiente hæc recenseri : οὐδὲ ῥητορεύσειν καλῶς... οὐδὲ πολιτεύσεσθαι (277). Mortuo Epicuro, idem Rhetoricæ contemptus, eadem rerum publicarum negligentia (278) fuit apud ejus discipulos quorum nullus id commisisset, ut a magistri sui placitis descisceret (279). Hac religione ductus, Philodemus sophistas aggressus est, qui juvenes ad capessendas res publicas adhortabantur.

Nostri enim argumenta ostendunt sophistas

(277) Diog. Laert. Lib. X, 118-119.

(278) Cic. De Orat. III, 17 : « Fuerunt etiam alia genera philosophorum.... Ex illis autem quæ remanent, ea philosophia quæ suscepit patrocinium voluptatis, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro quem quærimus, et quem auctorem publici consilii et regendæ civitatis ducem, et sententiæ atque eloquentiæ principem in senatu, in populo, in causis publicis esse volumus. Nec ulla tamen ei philosophiæ fiet injuria a nobis : non enim repelletur inde, quo aggredi cupiet ; sed in hortulis quiescet suis, ubi vult ; ubi etiam recubans molliter et delicate, nos avocat a rostris, a judiciis, a curia, fortasse sapienter, hac præsertim republica. »

(279) Diog. Laert. l. l., 9 : οἵ τε γνώριμοι πάντες ταῖς δογματικαῖς αὐτοῦ σειρῆσι προσκατασχεθέντες. Aldobrandin. vertit : « Tum discipuli omnes illius decretis quasi detenti catenis, » perinde ac si legisset σειραῖς. Senec. Epist. XXXIII : « Apud istos (subintell. Epicureos) quidquid dicit Hermarchus, quidquid Metrodorus, ad unum refertur : omnia quæ quisquam in illo contubernio locutus est, unius ductu et auspiciis dicta sunt. » Numenius in Euseb. Præparat. Evangel. XIV, 5 : οἱ Ἐπικούρειοι... ἐν οὐδενὶ μὲν ὤφθησαν Ἐπικούρῳ ἐναντία θέμενοι οὐδαμῶς. Ὁμολογήσαντες δὲ εἶναι Σόφῳ συνδεδογμένοι, καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἀπέλαυσαν τῆς προσρήσεως εἰκότως· ὑπῆρξέ τε ἐκ τούτου ἐπὶ πλεῖστον τοῖς μετέπειτα Ἐπικουρείοις, μηδ' αὐτοῖς εἰπεῖν

Rhetoricam magnis extollere laudibus; dictitantes illos qui arti suæ se darent non ita multo post rei publicæ bene gerendæ aptissimos fieri. Quorum vanitatem fallaciamque res ipsa manifestam faciebat; quando multi qui, pecunia insumta, sophistas audierant declamantes, non ideo perite magis causam orabant, concionemve habebant ad populum (280). Politica enim facultas, Philodemi sententia, non ea est quæ per Rhetoricam comparetur (281). Quod si contemnendi illi nugatores in suis *Technis* nonnunquam iisdem nominibus utuntur quibus viri politici; minime tamen politicæ facultatis effectrix habenda est Sophistica (282). Rhetores sycophantis annumerat,

πω ἐναντίον οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε Ἐπικούρῳ μηδὲν εἰς μηδὲν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον· ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς παρανόμημα, μᾶλλον δὲ ἀσέβημα, καὶ κατέγνωσται τὸ καινοτομηθέν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς οὐδὲ τολμᾷ. Κατὰ πολλὴν δὲ εἰρήνην αὐτοῖς ἠρεμεῖ τὰ δόγματα, ὑπὸ τῆς ἐν ἀλλήλοις αἰεί ποτε συμφωνίας· ἔοικέ τε ἡ Ἐπικούρου διατριβὴ πολιτείᾳ τινὶ ἀληθεῖ, ἀστασιαστοτάτῃ, κοινὸν ἕνα νοῦν, μίαν γνώμην ἐχούσῃ· ἀφ' ἧς ἦσαν, καί εἰσι, καὶ, ὡς ἔοικεν, ἔσονται φιλακόλουθοι. Themist. Orat. XXIII, p. 287, ed. Petav. Paris. 1684 : καὶ ἄλλῳ δὴ φιλοσόφῳ ἄλλοι νόμοι εἰσὶν, ὁπόσους συνέγραψεν ὁ ἀρχηγέτης τῶν λόγων, οὓς διώκει τε καὶ προὐστήσασο.... Ὅτῳ δὲ μέλει ὁ κῆπος, ὁπόσους Ἐπίκουρος ὁ Νεοκλέους· καθάπερ Σόλωνι μὲν τῷ Ἀθηναίῳ· Λυκούργῳ δὲ τῷ Σπαρτιάτῃ κτλ. Ubi Petav.: « Scribe Σόλωνος et Λυκούργου, ut νόμοι subaudiantur. » Quem secutus est G. Dindorf. p. 347.

(280) Cf. Philodemi Rhetor. Neapoli editam anno 1832, col. III. (Hic liber, in annotat. quæ sequuntur, littera A designatur).

(281) Ibid. col. VII.

(282) Ibid. col. XII.

ut qui bonos cives calumniis perdere conarentur (283); minimeque audiendos esse dicit eos qui, ut fucum facerent, jactitabant colendam accurate Rhetoricam ; ideo quod ingentes divitias sophistæ sibi comparabant. Immo ejusmodi pecunias non minus respuendas esse censet quam fraudatorum et meretricum quæstus, paupertatemque opibus per tales artes congestis multo magis anteponendam (284). Præterea, ars rhetorum, quæ Justi et Honesti notiones non tradebat, in causa erat cur in judiciis et concionibus plura acciderent naufragia quam apud Caphareum (285): unde colligit necesse esse eum qui bonus politicus evadere studet, habere æquitatem, benignitatem, affectuum moderationes, prudentiam, atque in eo conspirare naturam, institutionem, solertiam (286). Si quis sic fuerit compositus, eum nihil movebunt rhetores justa vel injusta ex opinione vulgi definientes, acriterque contendentes civitatibus administrandis philosophos nequaquam esse idoneos (287).

Rem ita se habere demonstrant quæ efficit po-

(283) Cf. Philodemi Rhetor. Neapoli editam anno 1835, col. V. (Hic liber, in annotat. quæ sequuntur, littera B designatur.)

(284) Ibid. col. VI.

(285) Ibid. col. XXV. Adludit ad Eubœæ promontorium, de quo cf. Virgil. Æneid. XI, v. 256-260; Propert. lib. III, Eleg. VII, v. 39-40; Walpole Travels, p. 286, etc.

(286) A, col. XV et XVI.

(287) B, col. XIV et XVI.

litica facultas. Hæc enim, per se minime utilis, cum honestate est conjungenda, ut multa et magna conferre queat. Quod assequi nunquam poterimus, nisi in dijudicandis justis vel injustis, honestis vel turpibus, utilibus vel inutilibus, a vulgi opinione discedamus (288).

Duces igitur eligat vir politicus philosophos adeo amantes veritatis, ut privatam utilitatem communi bono posthabeant : a se procul amoveat rhetores nihil ad veritatem loquentes, dum opes honoresque obtineant (289). Quo modo enim quidquam in concionibus publicis aut in judiciis recte facere possent sophistæ quibus præcipua cura est, ne dicendi forma audientes offendant (290), conjunctionesque et omnia orationis ornamenta attente sectantur, rerum parum studiosi (291). Qui autem philosophiæ incumbit, is consequitur non solum facultatem honesta et utilia persuadendi; sed etiam usum omnium rerum, quæ ad bene vivendum conferunt (292).

Hæc sparsa per duo volumina collegi, ut unum veluti sub aspectum venirent. Similiter sophistas ætatis suæ Noster carpit, minus quidem φιλοσοφικῶς, magis vero τεχνικῶς, in libro quem nunc publici juris facio. Nisi mea me fallit opinio, e

(288) B, col. XX-XXVIII.
(289) Ibid., col. VII et VIII.
(290) A, col. V.
(291) Ibid., et col. VI.
(292) B, col. XXXII.

primis hujus libri columnis conjicere possumus, id quod de Epicuro scripsit Gassendi. (293), non veram et germanam Rhetoricam, sed assentatricem et sophisticam impugnare Philodemum. Distinctione enim adhibita, τέχνην a ῥητορικαῖς διατριϐαῖς secernere videtur : priorem Eloquentiæ prodesse, alteras plerumque in nugas evadere dicit. Quæ conjectura eo probabilior est, quod Noster declarat se antea tradidisse oratori arte minime opus esse ; nunc artem multum valere profitetur (294). Hoc confirmant quæ addit irridens sophistas, qui viros suapte natura eloquentes laudibus efferebant (295). Id tamen inficias haud iverim hunc docere, utpote decebat Epicureum, utilitatem Rhetoricæ in eo præcipue sitam esse, quod dicenti adminicula suppeditet, ut recta oratione utatur (296); unde manifesta fit vanitas eorum qui jactitabant contineri in suis Diatribis præcepta de omni argumento optime tractando (297), quum tanta facultas nemini concessa fuerit (298).

His constitutis, pergit ad propositum, sophi-

(293) De Vita Epicuri, etc., lib. VIII, 9.

(294) Cf. Philodemi Rhetor. cui, in volum. Herculanens. Oxonii editis, inscribitur Numerus 1007, col. II. (Hic liber, in annotat. quæ sequuntur, littera C designatur).

(295) C, col. VIII.

(296) Ibid., col. V.

(297) Ibid., col. IX.

(298) Ibid., col. XII.

starumque leges de orationis partibus expendit. Ab Actione incipiens narrat quænam apud Græcos fuerit statim ab ortu; quo modo Tragœdia et Comœdia primum circumscripta, paulatim recepta fuerit in Rhetoricam; qualis singulas ætates, singulas vitæ conditiones deceat; ibique obiter Hieronymi et Demetrii Phalerei de Isocratis orationibus Actioni parum accommodatis judicium commemorans, ostendit quam hac in re futiles essent sophistæ (299). Eosdem subinde exagitat, qui, quum sibi civilem prudentiam arrogarent, vana effutiebant præcepta de exordio et narratione, de argumentis et epilogo, de fine Rhetoricæ (300); contenditque judiciale et deliberativum genus sophistis merito abjudicari, nihili autem facienda esse quæ de demonstrativo constituerant; immo damna afferre, quum in laudationibus Clytæmnestram et Paridem Penelopæ Hectorique anteponerent. Addit eos, dum popularem auram aucuparentur et amori quæstus, aut ostentationi omnia posthaberent, in tantam contemptionem venisse, ut nemo iis, vel dicentibus vera, fidem jam adhiberet (301). Hæc Nostro viam aperiunt, ut colligat ea quæ sophistæ partes documentaque Rhetoricæ appellabant, sive falsa esse, sive nihil utilitatis habere; adeo ut artis suæ immodici jactatores,

(299) C, col. XII-XXI.
(300) Ibid., col. XXI-XXXI.
(301) Ibid., col. XXXI-XLII.

in pollicitationibus claudicantes deprehendantur (302).

Philodemum adversus sophistas scribentem multa exacuebant. Epicuri enim in hortis educatus (303) odium velut hereditarium in cæteros philosophos conceperat, maximeque in Stoicos qui summo studio Rhetoricam discebant et docebant. Quum vero sophistæ, Stoicorum vestigiis ingressi, juvenibus ante omnia suaderent, ut ad rem publicam accederent, inde illa exarsit ira Epicureorum contraria docentium (304); præter quam quod, extincta libertate, declamatores Eloquentiam adduxerant in nugas omnibus recti

(302) C, col. XLIII-XLIV.

(303) Diog. Laert. X, 10: καὶ χαλεπωτάτων δὲ καιρῶν κατασχόντων τηνικαῦτα τὴν Ἑλλάδα, αὐτόθι καταβιῶναι, δὶς ἢ καὶ τρὶς ἐπὶ τοὺς περὶ τὴν Ἰωνίαν τόπους διαδραμόντα πρὸς τοὺς φίλους, οἳ καὶ πανταχόθεν πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦντο, καὶ συνεβίουν αὐτῷ ἐν τῷ κήπῳ, καθά φησιν καὶ Ἀπολλόδωρος· ὃν καὶ ὀγδοήκοντα μνῶν πρίασθαι. Hujus horti meminit Plin. H. N. lib. XIX, 4. Inde Epicurei οἱ ἀπὸ τῶν κήπων dicuntur a Sexto Empirico, Adv. Mathem. IX, p. 566, ed. Fabr.: καὶ γὰρ Πυθαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰωνίας, Σωκράτης τε καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, τάχα δὲ οἱ ἀπὸ τῶν κήπων, ὡς αἱ ῥηταὶ τοῦ Ἐπικούρου λέξεις μαρτυροῦσι, Θεὸν ἀπολείπουσιν. Themistius pro Epicureo philosopho usurpavit: ὅτῳ μέλει ὁ κῆπος. Cf. not. 279.

(304) Senec. De otio sapient. XXX: « Duæ maximæ in hac re dissident sectæ, Epicureorum et Stoicorum; sed utraque ad otium diversa via mittit. Epicurus ait: Non accedet ad rempublicam sapiens, nisi si quid intervenerit. Zeno ait: Accedat ad rempublicam, nisi si quid impedierit. Alter otium ex proposito petit, alter ex causa. Causa autem illa late patet; si respublica corruptior est, quam ut adjuvari possit,

judicii viris despicatissimas, in primis autem Epicureis qui, sanæ orationis ornamentorum contemptores, pigmenta quisquiliasque Asianorum non poterant non aspernari.

Id quoque notatu dignum, in ætatis suæ sophistas Philodemum conari convertere tela quibus æquævos Plato confoderat. In quod studium Nostrum fortasse provocavit parum honesta rivalitas. Acerrimus enim vindex magistri sui, qui famam Platonis obliquo limaverat oculo (305), gloriosum id sibi futurum esse credidit, si ostenderet Epicuri hortulis non minus quam Academia sophistas excludi; suamque sectam, etsi eloquentiam dedignabatur, tantum valere quantum Socraticos ad spurias malasque artes refellendas. Hoc mihi videtur eo veri similius, quod Philodemum legenti in mentem sæpius venit iisdem fere argumentis uti, quibus Plato. Dicendi autem genere Noster se gerit Platoni prorsus

si occupata est malis: non nitetur sapiens in supervacuum, nec se nihil profuturus impendet. » Arrian. in Epictet. dissertat. III, 7: ἐπινοεῖς Ἐπικουρείων πόλιν· ἐγὼ οὐ γαμῶ· οὐδ' ἐγώ· οὐ γὰρ γαμητέον· ἀλλ' οὐδὲ παιδοποιητέον· ἀλλ' οὐδὲ πολιτευτέον. Τί οὖν γένηται; Πόθεν οἱ πολῖται; Τίς αὐτοὺς παιδεύσει; Τίς ἐφήβαρχος; Τίς γυμνασίαρχος; Cic. Epistol. Famil. VII, 12; « mirabar, quid esset quod tu mihi litteras mittere intermisisses. Indicavit mihi Pansa meus, Epicureum te esse factum. O castra præclara! ... Quid porro fiet populo Ulubrano, si tu statueris πολιτεύεσθαι non oportere? »

(305) Sext. Empiric. Adv. Mathem. I, p. 215, ed. Fabr.: τάχα δὲ καὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλη καὶ τοὺς ὁμοίους δυσμένειαν πολυμαθεῖς γεγονότας.

dissimilem; quippe qui exilis, jejunus, inelegans fecisse satis arbitretur, si modo non offendat oratio sua, et verbis complectatur quod vult. Apud eum huc et illuc occurrunt verba poeticum nescio quid redolentia, ex quibus Epigrammatum Auctorem facile agnoscas; plerumque tamen est valde frigidus, de quo haud immerito dixeris, id quod Tullius de T. Albutio: « perfectus Epicureus evaserat, minime aptum ad dicendum genus (306). » Ad summam, hunc libenter contulerim cum Sexto Empirico de Grammatica et Rhetorica declamitante: uterque enim in argumentando perpugnax, eadem fere apud utrumque orationis siccitas (307).

(306) Cic. Brut. XXXV.

(307) Hæc sunt quæ de Philodemi rhetorica disciplina mihi satis probabilia videntur; intereadum editis libris nonnihil luminis afferant qui supersunt vulgandi. Nunc dicendum esset quonam ordine libros suos de Arte oratoria Nostrum disposuisse censeam. Hac autem de re tum demum certum erit judicium, quando in publicæ lucis usuram venerint volumina omnia quæ de Rhetorica condidit. Quum vero tria tantummodo habuerim, imprudenter rem facerem, si nullus dubitarem suum definire locum singulis partibus ædificii, quod adhuc non prorsus e ruderibus eruitur.

NOTITIA

DE

PHILODEMO

ET

HERCULANENSIBUS VOLUMINIBUS.

Philodemus noster (1) inter Epicureos præclarus, poetaque non ignobilis, Gadareus (2) erat. Romam venit, ubi floruit eodem tempore quo Tullius. Multa scripserat (3), e quibus nihil aliud

(1) Hujus de patria, ætate, disciplina scriptisque fuse et erudite disputavit Car. Rosinius, præfat. ad Libr. De Musica, p. 1 sqq.; ubi præter Epicureum commemorat Philodemum Pythagoreum, Locris in magna Græcia natum; tertium Opunte in germana Græcia; quartum Lampsaco oriundum. Inter recentiores, Nostri meminerunt Turneb. Advers. XXI, 15; Menag. in Diog. Laert. X, 3; Jonsius, Hist. philosoph. II, 18; Reisk., Notitia poetarum Anthologicorum, quæ extat in edita ab eo Anthologia Cephalæ; Sam. Petit. Obs. I, 9; Dan. Heinsius, De Satira Horatiana; Fabric. Bib. gr. III, p. 609, Harl.; Chardon de la Rochette, Mélanges, t. I, p. 196, etc.

(2) Strab. XVI: ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος, καὶ Μένιππος ὁ Σπουδογελοῖος, καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ, p. 522, ed. Casaub. 1587.

(3) Philodemi citat opus Athen. X, p. 445, A: ὥς φησι Φιλόδημος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθίων. Aliter hujus operis auctorem appellat, III, p. 74, F: Φιλόμνηστος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥοδίῳ Σμινθείων φησὶν κτλ. Nihil habemus unde pronuntietur utra

quam Epigrammata supererant (4); quum reperta fuerunt Volumina Herculanensia (5). Quo tempore, quibus rerum vicibus, qua ratione, quo accurante subinde in lucem emissa fuerint usque ad annum 1827, studiose indagatus est et dili-

lectio sit verior. Scripsit quoque τὴν τῶν φιλοσόφων σύνταξιν, Diog. Laert. X, 3. S. Ambros. Epistol. Classis I, epist. LXIII, p. 1026, ed. Benedict. ann. 1690, pro *Philodemus* dixit *Philomarus* (Harles perperam, in Fabr. Bibl. gr. : Philomarus, Ambros. X, epist. 82. Benedict. Ambros. II, p. 1020): « Ipse quoque Epicurus quem isti sequendum magis quam Apostolos putant, assertor voluptatis, etsi neget invectricem (alii, inventricem) mali esse voluptatem, non tamen negat ex ea fieri quædam ex quibus generentur mala. Denique nec luxuriosorum vitam reprehensibilem videri quæ repleatur delectationibus, nisi vel doloris vel mortis quatiatur metu. Atque hic quam alienus a vero sit etiam hinc deprehenditur, quod voluptatem in homine, Deo Auctore, creatam asserit principaliter; sicut Philomarus, ejus sectator, in Epitomis suis disputat; et hinc adlegat Stoicos esse auctores sententiæ.» Ibi annotant DD. Editt.: « Mira in hoc nomine scribendo varietas. Edit. vet. Philuminaris; Rom. Philomarus; Ms. Filominus; nonnulli: Filuminus. Haud inviti crediderimus eumdem esse quem Diog. Laert. Philodemum nominat. »

(4) Vide Brunck. Analect. t. II; Car. Rosin. l. l., p. 4-6; p. 10.

(5) Cf. J. Winckelmann., Briefe an Biankoni, königl. sächs. Hofr. 1-3. Nachrichten von den alten Handschriften, die sich in dem königl. Museum zu Portici befinden, 1758. Opp. Vol. II, p. 227. — Ejusd. Sendschreiben von den Herkulanischen Entdeckungen an den Reichsgrafen von Brühl. Dresd. 1762. 4. Opp. Vol. II, p. 94.

genter enarravit Christian. Petersen. (6). Maxime necessaria summatim proferam.

Ann. 1793. Herculanensium Voluminum, quæ supersunt, Tom. I. Neapoli, in Fol°. Continet Φιλοδήμου περὶ Μουσικῆς Δ̄, cujus libri duodequadraginta columnæ servatæ sunt. In hunc restituendum Mazocchius, Rosinius, Ignarra, Baffius etc. operam contulerunt; commentarios scripsit et editionem paravit Car. Rosinius. In Catalogo Oxoniensi refertur sub numero 1497.

Ann. 1797. Dissertatio Isagogica ad Herculanensium Voluminum explanationem, Neapoli, in Fol°, Auct. Car. Rosinio. Operæ quam in librum *De Musica* impenderat, difficultatumque rationem reddit.

Ann. 1804. De Papyris seu Voluminibus græcis Herculanensibus Commentatio. Argentorati, in 8°. Auct. Chr. Theoph. de Murr.

Ann. 1806. Eumdem librum paucis mutatis et additis, Germanice versum typis repetivit de Murr, hoc titulo insi-

(6) In libello qui inscribitur: Phædri Epicurei, vulgo Anonymi Herculanensis, De Natura Deorum fragmentum, instauratum et illustratum a Christian. Petersen. Hamburgi, 1833, in 4°, p. 1-8.

gnitum: *Philodem von der Musik. Ein Anszug aus dessen viertem Buche. Aus dem Griechischen einer Herculanischen Papyrusrolle übersetz.* Berlin, in 4°.

Ann. 1809. Herculanensium Voluminum, quæ supersunt, Tom. II. Neapoli, in Fol°. Insunt: 1° poematis latini de bello Actiaco, Augusti tempore scripti, ab aliis L. Vario, ab aliis C. Rabirio attributa fragmenta, quæ supplevit et explanavit Nicol. Ciampittius; 2° Libri secundi et undecimi Ἐπικούρου περὶ Φύσεως reliquiæ restitutæ et editæ, curantibus Car. Rosinio et Barthol. Pessettio.

Neapolin, inde ab anno 1802, missus fuerat Hayter, bibliothecæ Principis Valliæ præfectus. Quo adjuvante, primis duobus annis, septuaginta volumina evoluta sunt; plura sequentibus annis duobus, quum, parte regni siculi a Francogallis occupata, res bello interrupta est. Voluminum evolutorum secundus hic tomus, ante bellum fere perfectus, anno 1809, regnante Joachim. Napoleone in lucem editus est.

Ann. 1810. Herculanensia or Archeological and Philological dissertations, containing a manuscript found among the ruins of Herculanum. Auct. W. Drummon-

dio. London, in 4°. Fragmentum de natura Deorum hic primum exhibetur, ignoto auctoris nomine. Narrat W. Drummondius litem exortam inter Anglos et Neapolitanos, de exemplis descriptis quæ, Francogallis bellum inferentibus, Panormum asportata fuerant.

Ann. 1814. Fragmenta de Bello Actiaco, suis et Morgensternii annotationibus instructa, typis repetivit I. Th. Kreissig., Lipsiæ, in 4°.

Ann. 1818. Epicuri reliquias ad Rosinii exemplar, notis auctas, omissis tabulis æneis, edidit Io. Conr. Orellius. Lipsiæ, in 8°.

Ann. 1824. Herculanensium Voluminum pars prima. Oxonii, sumptibus Typographei Clarendoniani lithographice excudebat N. Whittock. Continet hæc prima pars :

1° Φιλοδήμου περὶ κακιῶν, 26 col., n. 1008. Ejusdem operis liber quem ex indice Oxoniensi non enotasse ait Petersen. p. 7, legitur in edit. Neapol. Tom. III, 24 col.

2° Ἀνονύμου περὶ ὀργῆς, 56 col.; n. 182.

3° Φιλοδήμου περὶ κακιῶν καὶ ἀντικειμένων ἀρετῶν. Tres libri extant, et editi sunt Δ et Θ, col. 28, Neapoli, 1827, Tom. III, in Fol°. (Horum alter in Oxon. Catalog. n. 1675 insignitum

est, col. 18; alter n. 1424, col. 23, inscribitur : Φιλοδήμου περὶ κακιῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν καὶ τῶν ἐν οἷς εἰσι καὶ περὶ ἃ.)

4° Δημητρίου περὶ ποιημάτων, 28 col., n. 1014.

Ann. 1825. Herculanensium Voluminum pars secunda. Oxonii, 1825, in 8°. In hac secunda parte continentur :

1° Φιλοδήμου περὶ ῥητορικῆς Δ, 45 col., n. 1007.

2° Φιλοδήμου περὶ ῥητορικῆς Κ, 70 col., n. 1674.

3° Φιλοδήμου περὶ ποιημάτων, 38 col., n. 1425.

Eod. anno. Real Museo Borbonico. Officina de' Papiri descritta dal Canonico Andrea de Iorio, Membro onorario del Academia delle belle arte. Neapoli, in 8°. Insunt plura illustrandæ historiæ de voluminibus papyraceis idonea.

Ann. 1827. Herculanensium Voluminum, quæ supersunt, Tom. III. Neapoli, in Fol°. In hoc volumine exstant :

1° Φιλοδήμου περὶ κακιῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν καὶ τῶν ἐν οἷς εἰσι καὶ περὶ ἃ Δ et Θ. 28 col. (7)

(7) Cf. Georg. Frider. Schoemann : *Specimen observationum in Theophrasti Œconomicum et Philodemi librum IX de virtutibus et vitiis*, Gryphiswaldiæ, 1839, in 4°. Auctor

2° Φιλοδήμου περὶ κακιῶν, 24 col.
Prius opus restituit et illustravit Franc. Iovaronius; posterius Aloys. Caterinus.

Ann. 1832. Herculanensium Voluminum, quæ supersunt, Tom. IV. Neapoli, in Fol°.
In hoc continentur :
1° Πολυστράτου περὶ ἀλόγου καταφρονήσεως· Οἱ δὲ ἐπιγράφουσιν· Πρὸς τοὺς ἀλόγως καταθρασυνομένους τῶν ἐν τοῖς πολλοῖς δοξαζομένων, 24 col.; fragmentorum Tabulæ III.
2° Φιλοδήμου περὶ ῥητορικῆς Ἀριθμος XE,

propositum suum his verbis explicat, p. 6-7: « Nuper demum unam quasi ex magno naufragio tabellam fortuna nobis retulit, Philodemi Epicurei, Ciceronis æqualis, de administratione rei familiaris disputationem, majoris operis de virtutibus oppositisque vitiis particulam, in Herculani ruderibus repertam.... Ediderunt hanc Franciscus Javaronius et Carolus Maria Rosinius, in Vol. Herculanens. Tom. III, Neapoli, 1827, et post hos Carolus Gœttlingius, una cum Aristotelio et anonymi œconomico, Jenæ, ann. 1830. De Neapolitanis quidem editoribus nunc dicere nolo .... Popularis autem Noster, quum præclare de tribus illis opusculis vel illustrandis vel emendandis meruerit, permulta tamen aliis facienda reliquisse judicandus est: neque id mirum, in Philodemo præsertim, plurimis et maximis in papyro lacunis aliisque mendorum generibus misere fœdato, quæ lectionem in nulla non pagina plus semel impediant sententiamque scriptoris obscurent. Hanc ob causam, quum nos et olim nonnihil curæ his libellis impenderimus, et hoc ipso tempore ad lectionem eorum revocati simus, non ab re visum est aliquot emendationis nostræ et interpretationis specimina publice proponere. »

16 col. Videtur idem esse quod in Oxoniensi Catalogo sub n. 1426 refertur.

Utrumque opus interpretatione latina et commentariis adornavit Ang. Ant. Scotti. Horum non meminit Christian. Petersen.

Ann. 1833. Phædri Epicurei vulgo Anonymi Herculanensis, de Natura Deorum fragmentum instauratum et illustratum a Christiano Petersen. philos. doctore et philologiæ classicæ professore publico in Gymnasio Hamburgensium Academico. Hamburgi, in 4°.

Ann. 1835. Herculanensium Voluminum, quæ supersunt, Tom. V, pars prior. Neapoli, in Fol°. Continet hæc pars:

1° Φιλοδήμου περὶ ῥητορικῆς, 32 col. fragmenta 5.

2° Φιλοδήμου περὶ Ἠθῶν καὶ Βίων, sive: De Dicendi Libertate, 24 col. Hæc interpretatione latina, brevissimisque commentariolis instruxit Ant. Octavianus (8).

Ann. 1839. Herculanensium Voluminum, quæ supersunt, Tom. VI. Neapoli, in Fol°. Continet:

(8) Posteriorem partem hujus Tomi, Parisiis, nusquam reperire potui. Deest in Bibliotheca doct. Firmin. Didot., qui cætera Volumina, magno sumptu, sibi comparavit. Unde conjicio eam nondum fuisse editam.

1° Φιλοδήμου περὶ τῆς τῶν Θεῶν εὐστοχουμένης διαγωγῆς κατὰ Ζήνωνα, col. XV; fragmentorum Tabulas VIII. (In Oxoniensi Catalogo, p. III, numero 152, titulo plane diverso ita indicatur: **ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ .ΕΡΙ.... ΤΗ.ΩΣ...ΙΣΕ.....ΔΩΝ.ΑΓΩ..**)
2° Metrodori de Sensionibus commentarius.
Utrumque librum restituit, latine vertit, præfatione scholiisque instruxit Ang. Ant. Scotti.

Præter Philodemi libros supra memoratos citantur ejusdem quatuor et viginti alii in Oxoniensi Catalogo:

N°.... 26. Φιλοδήμου περὶ θείων, col. 24.
57. — —, col. 10.
155. — — Περὶ... κων, col. 4.
163. — — Περὶ πλούτου Α, col. 28.
207. — — Περὶ ποιημάτων, col. 10. Subnotatum legitur Ἀριθ. XXIΔ.
339. — — Περὶ τῶν.... col. 20.
1003. Φιλοδήμου, col. 11.
1005. — — Πρὸς τοὺς......, col. 24.
1015. — — Περὶ ῥητορικῆς, col. 77.
1050. — — Περὶ θανάτου Δ, col. 40.
1065. — — Περὶ φαινομένων καὶ σημειώσεων, col. 39.
1232. — — Περὶ Ἐπικούρου, col. 6.
1289. — — Περὶ Ἐπικούρου, col. 7.

1389. Φιλοδήμου κα.... μ... η. εως. εικ... Ζηνῶνος σχολῶν.

O Γ

ΡΙΘ.. ΗΗΗΔΔΔ... ΠΙΙΙ, col. 10.

1414. — — Περὶ χάριτος.

1418. Φιλοδήμου... ποητέου καὶ περ... σαι καί τινων ἄλλων πραγματείαι MNH, col. 15.

1423. — — Περὶ ῥητορικῆς Δ. Τῶν εἰς δύο τὸ πρότερον, col. 19.

1427. — — Περὶ ῥητορικῆς.

1506. Φιλοδήμου [πε]ρὶ ῥη[το]ρικῆς ὑπομνηματικόν. Ἀριθμ. XXXHH,

1538. Φιλοδήμου περὶ ποιημάτων τοῦ E τῶν εἰς δύο τὸ B, col. 12.

1669. — — Περὶ ῥητορικῆς, col. 35.

1672. — — Περὶ ῥητορικῆς B, col. 39.

1674. Φιλοδήμ... ορ... κης. N..... K. XXXXHH, col. 71.

1675. — — Περὶ κακιῶν καὶ ἀντικειμένων ἀρετῶν, col. 18.

Epicuri et Epicureorum libri in Oxoniensi catalogo inscripti.

Ἐπικούρου Περὶ φύσεως, col. 5, n. 154.

— — Idem, col. 2, n. 362.

— — Idem, col. 11, n. 697.

— — (Ἐπικου... φύσεως), n. 989.

— — Περὶ φύσεως, col. 24, n. 1042.

Ἐπικού[ρου] [φύσε]ως, col. 28, n. 1056.

— — Περὶ φύσεως, col. 16, n. 1142.
— — Περὶ φύσεως ΙΕ..... ΧΧΧΗΗ..... γεμάχου, n. 1151.
Ἐπικούρου φύσεως, n. 1385. Nihil præter titulum.
Δημητρίου περί τινων συζητηθέντων δίαιταν, col. 5, n. 1006.
— — Περὶ ποιημάτων, col. 28, n. 1014.
— — Περὶ γεωμετριάς, col. 6, n. 1061. (In Catalogo: fortasse Demetrii.)
— — Πρὸς τὰς Πολυαίνου ἀπορίας, col. 2, n. 1429.
Καρνείσκου Φιλίστα Β. Ἀριθ. ΧΧΧΗΗΔΔΔΠΙΙΙ, col. 15, n. 1027.
Κολώτου πρὸς τὸν Πλάτωνος Λύσι.. col. 12, n. 208.

Instituti operis ratio.

In meo de Rhetorica libro instaurando usus sum volumine Oxonii lithographice excuso, ann. 1825, in quo paginæ ad Archetypum exprimuntur eadem mensura, iisdem characterum formis, iisdem notis, interstitiis, lacunis scissurisque deformatæ.

Contextum, qualis est in hoc volumine, minusculis vulgatisque characterum formis descriptum apposui. Quas supplevi litteras, syllabas, voculasque, vel detritas vel depravatas, eas majusculis characterum formis delineandas curavi; ut primo intuitu recognoscere in promptu esset, quid de meo sit penu.

Hic liber iisdem mendis scatet, quibus misere fœdantur Volumina Herculanensia hactenus edita. Quod in causa fuit cur idem Crisis genus adhi-

berem, cujus cæteri editores beate jam fecerunt periculum.

I. Notavi 1° elementa, punctis confixa, upote superflua et expungenda; 2° litteras in interjecto linearum spatio impositas, quod plerumque argumento est (9) ceu inferioribus deletis superscriptas retinendas esse, ceu in infra scripta dictione illas esse inserendas (10).

II. Animadverti 1° non ejusdem longitudinis esse omnes versus; 2° in ejusdem columnæ versibus litterarum numerum fluctuare (11); 3° neque eumdem esse in omnibus columnis versuum numerum (12). Quam ob rem, Rosinii exemplo, majorem supplendi facultatem mihi tribuendam esse arbitratus sum; præcipue, quum lacuna fieret in fine versus.

III. Evolutis iterumque revolutis Herculanensibus Voluminibus, catalogum condidi, in quo exhibentur litteræ quæ sæpius permutan-

(9) Car. Rosin., Præfat. in Philod. libr. De Musica, p. 19.

(10) Cf. Col. V; VI; VII; XXII; XXIV; XXV; XXXI; XXXIII; XXXIV; XXXV; XLII.

(11) Hac de re mihi in animo est citare tantummodo versus integros : col. VIII, 24 et 25; X, 1 et 2; XVII, 1 et 2; XIX, 1 et 22; XXIII, 1 et 22; XXVII, 4 et 26; XXX, 2 et 22; XXXI, 2 et 22; XXXIII, 1 et 2; XXXVIII, 2 et 24; XXXIX, 1 et 3; XL, 6 et 14; XLI, 2 et 19; XLII, 5 et 25; XLIII, 2, 3, 4, 11; XLIV, 1 et 18.

(12) Columnarum quatuor classes instituere liceat, pro numero versuum quos continent:

1° Col. VI; VII; XII; XIV; XXXVIII; XXXIX; XL: 25 versus.

tur. Notas autem quæ passim occurrunt explicare supersedi (13.)

IV. Græca latine verti κατὰ λέξιν, quantum fieri potuit.

2° Col. II; III; IV; V; VIII; IX; X; XI; XIII; XV; XVI; XVII; XIX; XX; XXVI; XXVII; XXXII; XXXVII; XLI; XLIII; XLIV : 26 versus.

3° Col. XVIII; XXI; XXII; XXIII; XXIV; XXV; XXVIII; XXIX; XXX; XXXI; XXXIII; XXXIV; XXXV; XXXVI: 27 versus.

4° Col. XLII : 28 versus.

(13) Ideo quod compendia scribendi et notas quæ periodorum aut capitum divisionibus subjiciuntur, nunc reperias in Herculán. Volum. t, VI, præfat. ad Philodemum, *de Deorum vivendi ratione*, p. XIII.

CATALOGUS

LITTERARUM PERMUTATARUM

IN HERCULANENSIBUS VOLUMINIBUS

HACTENUS EDITIS (1).

A.

A, pro Δ., A, IX, 32... L, XLIII, 11.

AI, — ᾼ., A, VII, 7 : IX, 10 : X, 8; 14; 27 : XXXVI, 17; 18 : XXXVII, 19: multisque in aliis locis... D, IX, 42 : XI, 28 : XV, 46 : XVI, 2 : XIX, 15: XXIII, 41... E, XV, 18 : XVI, 35... H, IV, 32... I, XXIV, 14... K, III, 17... L, XLIV, 16.

(1) Hunc Catalogum ad ordinem alphabeticum redegi, ut exempla ex Herculanensibus Voluminibus petita conjecturas meas firmarent, quotiescumque asseverabam alias litteras cum aliis permutari. Similes litterarum permutationes affatim suppeditabunt viri Palæographicæ Artis peritissimi, inter quos citare satis erit Dorvill. in Chariton.; Freder. Iac. Bast. Commentat. palæogr.; Schæffer. Annotat. in Gregor. Corinth.; ejusdem Meletemat.; Cl. Boissonad. opera varia; Cl. Hase, in Lydum de Ostentis; Cl. Letronne, in. libro inscripto; *Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte*, etc.

Litteræ Herculanensia Volumina designant : A— lib. Philodemi de Musica; B— lib. II Epicuri de Natura; C— lib. XI Epicuri de Natura; D— lib. Philodemi de virtutibus et vitiis oppositis; E—lib. ejusdem de vitiis; F — lib. Polystrati de injusto contemptu; G — Polystrati fragmenta; H — lib. Philodemi de Rhetorica, Neapoli editum, ann. 1832; I — lib. ejusdem de Rhetorica, Neapoli editum, ann. 1835; J — ejusdem libri fragmenta; K—lib. Philodemi de dicendi libertate; L — lib. Philodemi de Rhetorica, quem publici juris nunc facio; M — lib. Philodemi de Deorum vivendi ratione; N — Metrodori de Sensionibus commentarium.

Prior numerus columnas indicat; posterior versum.

ΑΛ, —ΛΑ., A, XXXII, 7.
ΑΙΙ, supervacuum, H, VII, 25.

Γ

Γ, pro Κ., F, XIII, 25 : XXI, 7.
Γ, — Ν., F, I, 14... G, Tab. III, fr. 11, v. 5.
Γ, — Π., A, II, 7 : III, 12 : XIX, 34 : XXXIV, 16: multisque in aliis locis... D, VI, 11 : VIII, 24 : XIV, 20 : XIX, 19 : XXII, 42 : XXIII, 18; 37; 43 : XXV, 26... E, V, 4 : X, 18; 27; 28 : XIV, 34 : XVII, 13 : XVIII, 8... F, XXIII, 16... G, Tab. I, fr. 1, v. 3 : Tab. III, fr. 10, v. 4... H, IV, 5 : VI, 10 : VIII, 7; 8 : XII, 6... K, XXII, 6... L, II, 23 : III, 14, XXIII, 14... M, Tab. II, fr. 3, v. 5; Tab. IV, fr. 7, v. 7.
Γ, — Ρ., A, XXI, 22.
Γ, — Τ., A, II, 35 : XII, 2... I, XXIII, 5... K, VII, 10 : IX, 13... L, IV, 14 : V, 24 : XIII, 1 : XIX, 15: XXII, 2; 12 : XXXII, 24 : XXXV, 11 : XL II 17.

Δ.

Δ, pro Α., A, I, 45 : II, 17; 18... J, IV, 8.
Δ, — Λ., A, I, 31... L, XXXIX, 1 : XLIV, 13.

Є.

Є, pro Θ., A, IX, 5 : XXXV, 28 : XXXVII, 16... D, XXIV, 29... I, XXXII, 5... K, XIII, 19.
Є, — Ο., A, XIV, 33... F, II, 18... I, XIV, 21... L, IX, 22 : XIX, 24 : XXXVII, 8 : XL, 7.
Є, — Ρ., A, V, 2.
Є, — C., A, XXXIV, 5... D, XXII, 34... L, II, 16 : VII, 12 : X, 22 : multisque in aliis locis.
Є, evanidum, I, XXV, 31... L, XI, 20 : XIII, 17.
ЄΙ, pro Η., A, XXXII, 33... L, XIII, 2.
ЄΙ, — Ι., A, I, 36 : III, 13; 37 : IV, 29 : VII, 16 : VIII, 15 : IX, 10 : X, 12 : XXXIV, 14 : XXXV, 30 : XXXVII, 26 : multisque in aliis

locis... D, VIII, 3 : XVII, 31... E, XVI, 30 : XIX, 18... G, Tab. I, fr. 4, v. 5... H, I, 3; 11; 31 : VI, 20; 22 : VII, 18; 31 : VIII, 3; 6; 9; 31 : IX, 2; 7; 21; 27 : X, 1; 28 : XI, 4; 7; 19; 20 : multisque in aliis locis... L, II, 22 : III, 1 : XI, 8; 23 : XII, 11 : XIII, 19 : multisque in aliis locis... M, Tab. V, fr. 9, v. 5.

H.

H, pro AI., D, II, 11... L, XII, 14.
H, — Є., D, XI, 24.
HI, — Ḥ., A, II, 42 : multisque in aliis locis... D, IX, 42 : XVI, 2; 5 : XVII, 20 : XXIII, 40... E, XIV, 39 : XV, 18 : XVI, 8; 35 : XXI, 11; 24; 27 : XXIV, 21... F, IV, 4... I, XXVI, 35 : multisque in aliis locis... K, VI, 4; 21 : XIV, 22 : XX, 8... L, II, 23 : VI, 22.

Θ.

Θ, pro Δ., F, III, 16... L, IX, 25.

I.

I, evanidum, A, I, 3 : VIII, 41... D, XIX, 28... F, XII, 20... L, XIII, 7 : XVIII, 17 : XX, 1 : XXV, 3 : XXVI, 3; 4 : XXXI, 15 : XXXII, 13 : XXXIV, 15 : multisque in aliis locis.
I, pro ЄI., D, IV, 7; 8... L, II, 17 : VIII, 16 : XXIV, 4 : XXXVI, 1.
I, — OI., A, XXI, 23.

K.

K supervacuum, L, XLII, 1.
K, pro Γ., E, XXIII, 25.
K, — X., A, XX, 30... E, XV, 9... F, XXIII, 20... L, VIII, 6.

Λ.

Λ, pro A., A, I, 1; 31; 40; 44 : II, 25; 29; 33 : III, 28 : IV,

M.

N.

Ξ.

Ξ, Ƶ } pro Ζ., A, XIX, 1 : XXI, 24.

O.

O, pro Є., A, II, 31 : V, 20... L, IX, 26 : X, 2 : XVII, 16 : XXIII, 15 : XXIV, 25 : multisque in aliis locis.

O, — Θ., A, II, 6; 37 : III, 7 : V, 2; 39 : VI. 9; 13 : VIII, 23 : XIII. 36 : XV, 7 : multisque in aliis locis... L, X, 10 : XII, 10; 20; 22 : XXXI, 17 : multisque in aliis locis.

O, — C., A, XXXIV, 25 : multisque in aliis locis... D, XIV, 21 : multisque in aliis locis... L, II, 26 : IV, 19; 23 : XXIII, 11 : XXVII, 25 : XXXVIII, 21 : multisque in aliis locis.

O, — Ω., A, XXXVII, 13... D, XXII, 11 : XXIII, 29... F, XXII, 19... H, X, 11... K, IX, 9.

O, evanidum, D. IX, 17 ... L, XVI, 1 : XXII, 4.

OЄ, pro OIЄ., D, XI, 20 : XIII, 9 : XIV, 40... K, 14; 20.

OH, — OIH., A, VI. 6 : VII, 10 : X, 2; 9; 26 : XI, 15 : XV, 7; 20 : XVII, 15, 34 : multisque in aliis locis... D, XVIII, 39 : XIX, 38 : XXII, 21... H, I, 6 : XV, 30... K, XIII, 20.

OC, — OY., K, I, 18.

Π.

Π, pro N., A, IV, 24... L, VII, 13 : VIII, 13 : XIX, 24 : XXIV, 2 : XXVIII, 17 : multisque in aliis locis.

Π, — Y., A, VII, 34... L, XXVI, 7.

Π, — X., H, XI, 18.

Π, — ΓΡ., A, XXII, 35.

ΠΙ, — TH., A, XXXVII, 13.

C.

C, pro Є., A, I, 13 : II, 39 : III, 5 : V, 15 : VII, 4 : VIII, 5; 26; 27 : X, 8; 26 : multisque in aliis locis...

8 a

B, IX, 8... D, I, 13 : XVI, 38 : XVII, 31 : XXII, 32... E, IX, 6 : XXIII, 32... H, VI, 25; 32 : XIV, 8... J, II, 15 : III, 7 : IV, 7... K, IV, 15 : XIX, 19... L, IX, 17 : X, 7 : XII, 9 : XV, 17 : XVI, 22 : multisque in aliis locis.

C, — Θ., A, VI, 23 : XVIII, 25... C, XIII, 1... F, XV, 12... L, VIII, 17 : XLII, 12.

C, — O., A, I, 27; 30 : II, 1; 19 : III, 12; 21 : V, 1; 4; 21; 22; 26; 28; 40 : VI, 31 : VII, 5; 24 : multisque in aliis locis... D, I, 15 : II, 2; 17; 22; 26 : VI, 2 : X, 24; 31 : XI, 28 : XIII, 16 : XIV, 27 : XXIV, 2 : XXV, 28; 32... F, XI, 17 : XVIII, 17... M, Tab. III, fr. 6, v. 10... L, XXII, 19.

C, — P., A, XXXVI, 34... L, XI, 13 : XVII, 17 : XXXVII, 1.

T.

T, pro Γ., A, VIII, 23 : IX, 34... H, X, 28... L, II, 25 : XX, 20 : XXIV, 3 : XXXII, 12 : XXXIII, 22 : XXXVI, 8 : XXXVIII, 10 : XL, 11 : XLIV, 1.

T, — Z., A, VIII, 9.

T, — Θ., A, II, 33.

T, — Y., A, XVI, 31 : XIX, 1 : XXXVI, 9... L, V, 11 : XIX, 20.

TT, — TI., A, XXXIV, 7.

Y.

Y, pro I., A, VII, 17... H, VIII, 29... L, VIII, 9.

7, evanidum, A, I, 8 : XXXV, 1... L, XV, 24 : XXI, 3 : XXX, 25 : XXXII, 21 : XLIV, 5.

X.

X, pro K., A, IV, 13 : V, 13 : XIV, 33 : XVIII, 21 : XXII, 17.

Ψ.

Ψ, pro Φ., A, XII, 38 : XIII, 32... H, VI, 3... L, XXXIII, 25.

Ω.

ω, pro O., A, XXXIII, 23... F, XII, 20... K, XXII, 4... L, VIII, 7 : XV, 12 : XXVI, 25 : XXIX, 21 : XXVIII, 13 : XLIV, 20.

ωι, — Ω., B, II, 10 : IV, 9 : VII, 4... C, I, 1; 2; 3; 13; 19 : VII, 14 : atque in omnibus fere columnis... D, III, 4 : multisque in aliis locis... E, XII, 29 : XIII, 4; 12 : XV, 8; 20; 28; 37; 38 : XVIII, 21; 26 : XIX, 17 : XXII, 8; 13; 34 : XXIII, 10; 23; 30 : XXIV 9; 24... F, III, 6 : IX, 16 : XI, 16 : XIII, 7 : XIV, 9 : XV, 8... G, Tab. II, fr. 5, v. 4... K, IX, 6; 13 : XIII, 18 : XX, 9; 14.

VOCES NOVÆ

EX HERCULANENSIBUS VOLUMINIBUS

HACTENUS EDITIS COLLECTÆ ATQUE LEXICIS INSERENDÆ (1)

A.

? Ἀδιαλόγιστος, ος, ον, Qui dignoscere nequit; K, XX, 22.

? Ἀδίσταστος, ος, ον, Indubitatus; A, XIV, 32.

? Ἀναπείδησις (ἡ), Agendi ratio sine digniorum hominum respectu; E, XXII, 13-14.

? Ἀναφιλονεικέω-ῶ, Reciproca contentione gaudeo; D, XV, 17.

? Ἀνθοδεύομαι, Obviam eo; Adversor, I, XVIII, 13-14.

? Ἀπαναριστήτως, Absque prandio; M, X, 11-12.

? Ἀποφθεγματίας (ὁ), Apophthegmatum amans; K, VI, 4-5.

? Ἀποφύης, ης, ες, Natura aptus; N, XVII, 11-12.

Ἀρετήφορος, ος, ον, Virtute præditus vel ornatus; I, XXVIII, 3-4; L, XXXVII, 8-9.

Ἀστόχαστος, ος, ος, A scopo aberrans; L, X, 21-22.

(1) Notantur hoc signo (?) voces resartæ : cæteræ omnes in Ms. exhibentur integræ. Volumina Litteris designantur (vide, p. CXXV): prior numerus columnas indicat; posterior versum.

SPECIMINA

HERCULANENSIS PAPYRI

OXONII EXCUSÆ.

Col. II.

...ΤΑΝΔΡΟΥΤ ...ΟΙΜΙΩΙΜΕΝ

...ΠΟϹ ΕΩϹ ΑΙΜΗΤΡΑΧΥΜΗΔΕ

.....ΛΙΙΜΑϹΙΝΕΠΕΡΙΟΙΤΟΠ....

...........ΕΝΛΕΞΕΙΚΑ

ΟΙ........ΦΙΛΟϹΟΦΟΙ Ο ΑΡΑ

ΤΟΙ.......ΥϹΤΑΥΤΑ ΤΟΙϹΤ....

..Α.....ΟΙϹ...Ο....ΤΙΝΕ.....Ι.....

ΑΥ.............ΕΠΑΙΤΙΘ

Μ............ΠΡΟϹΔΟΞΑ

ΖΟ......ΟϹΚΑΙ............ΩΝ

ΙΔΙΩΜΑ..ΩΝ...........ΠΕΡΙ

ΓΕΙΑ.....ΜΑΛ...........ΜΥ

ΡΙΩΙΜ.....ΟΝΕΚ............ΩΝ

ΗΜ........ΩΝΠΕ.............

ΘΑΙ........ΟΕΨΑ.....ΡΙΟΕ.....

ΠΙΤΙϹΘΕΥΕΑΗΥ ΚΑ...........

ΤΟΝΕΚΤΕΘΝΑ...ΑϹΜΙΖΩΙ....

ΑΝΑΠΕΦΩ...Ν...ΑΙΧ...ϹΥ....

ΡΑΤΑ..ΕΠΑΙ...ϹΑ.Υ....ΝΓ......

ΙΥΝΟΙΔΙΟΚΑΙΠΡΟΤΕΡΩΜΙΝ

ΤΟΥΜϹΕΙΠΟΝΟΤΙ...ΟΥϹΟ......

ΑΥΔΙΗΚΡΕΙΒΩ.....ΝΩϹ

ΓΙΚΑΛΟΝΤΗΙΦΥϹΕΙ..ΙΟΥ

ΚΑΤΑϹΚΕΥΑϹΜΑΝΥΝ


ΟΘΑΡΡΩΝΛΕΤΩΜ....

ΑΤΗΟϹΥΜ ΗΛΟΚΩ........


Col. III.

ΚΡΕΙΒΕ..ΑΞΙΟΛΟΓ....ϹΟΥΤΕ...Ν
ΤΑΤΟΠΕ..ΙϹΤΟΝΥ....ϹΔΙϹΗΚΑ
ΨΑΝΟΥΚΑΠΟΤΩΝϹΟΦΙϹΤΙ
ΚΩΝΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΟ ΜΑϹ
ϹΛΑΙΝ ΤΙΦΑΙΔΑ ΜΕΑΡΕΙ
....ϹΟΥΔΕΝΙΦΥ..ΙΚΩ Ρ....ΤΕ
Τ ΩϹΧΤΗϹΘΑΙΔ ΟΝΤΑΙ
......ΥΤ ϹΑ
Π ......ΤΕΡ....ΛΧΘ
ΚΑ ....ΜΕΤΑ
ΛΥ ....ΕϹΕΙ
ΡΑϹΑ ΛΑΤΙΟΝΩΑϹ...ΕΚΕ
ΤΑ ....ϹΙΝ ...Α...ϹΡ
ΤΟ ΟϹΟΧ..ΤΑΝ ...ΝΟΜΙϹ
ΟΥ ΑΝΤΩΙ..Ν....ΝΟΝΙ
Τ ΛΕΤΙϹΙΝΡ............
ΑΛΛΟΝΟΤΟΙϹΗΜΕ..ΝΟΜΟΙ
ΟΙΤΟΥΔΕΜΑΙΑΤΟ..ΝΑΤΡΙ
ΚΟΙϹ....ΟΤΗϹ..ΤΟΙϹΑ...ΥϹΙΚΟΙϹ
ΚΑΙΓΕΩΜΕΤΡΑΙϹΟΥ....ΤΟΙ
.........ΠΑϹΙΤΕΧ....ΙΤΑΙ
......ΤΩΝΘΑΥΜΑ.....ϹΠΑ
.......ΤΑϹΚΕΥΗϹΚΑ ΜΑ
ΝϹΘΟΤΑΝΥΠΟΤΗϹΟΧΛΙΚΗϹ
ΘΥΕΛΛΗϹΜΗϹΤΡ......ΑΙ
ΚΑΙΔΙΑΡΥΤΩΝϹ........

Col. IV.


ΚΝΙΛΕΤΟΜΕΝΗΜΑCΙΝΗΤΟΙCΠΕ
ΡΙΜΑΛΛΟΝΔΕΙΝΔΥΝΟΙ.ΑΙΗ Ε
ΑΙΤΩΝΟCΘΙΤΤΑΜΟΥΤΤΑCΑ
..ЭΙΥΤΩΔΙΕΛΕ ΤΕCΑ....ΤΑΙ
...ΔΗΚΑΙ...ΠΡ....Ν ΘΑΙΓΕΛΕ
..ΤΙΙΩΝΤΕΟ........ ...ΙΟ.Τ
..ΩCΕ Α ΤΩC ΔΙΑΝΕΡΓΩ
ΠΡΟC Τ.....ΑΦ
ΧΕΙΡΑ....ΑΙ.ΤΟΛ
.....ΥΠΑ ΡΕ Η....Μ
Δ..ΙCΕΝΤΟ..........ΡΗ
ΤΟΡΙΚΗCΘΑΥ....ΖΩ ΔΙΟΤΙ
.....CΙΚΑΝΙ..........ΕΝ...
Ρ....ΓΗCΡΗ ΤΟΡ....Ο
Τ..ΙΓΕΠΡΟΧ...Ε.....ΝΠ....
ΑΝΕΙΝΑΙΔΙΑ...Τ...ΕΙΝΕ......
ΤΡΑΔΙΕΥΑΑΙΤΗΙΕΝΟΛ......
ΓΕΙΝΚΑΙΤΟΙΑ..ΤΑC ΑΜΕ
ΒΟΝΑCΕΧΕΙΝΜΕΤΟΝΟΥΝ
ΔΙΚΟΝΚΑΙΤΩΝΑΡΘΡΩΗΡΗ
ΜΕΝΠΡΟ ΙΓΟΥΜΕΛΟΝΗ
ΝΑΙΤΟΥCΔΕΠΑΚΟΡΕΥ
ΤΑCCΥΝΔΕCΜΟΥΟΔΥΝ
ΔΙΔΟΝΑΙΚΑΘΑΠΕΟΝΗΝ
ΜΕΝΤΟΥΤΟΝΠΟ ΚΑΙΤΟΙC
ΤΑ ΘΑΠΕΙΓΟΙΗΚΟΜΑ...Π

Col. V.



1007.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

Δ'

PHILODEMI

DE RHETORICA

IV.

9

ÆQUO ET ERUDITO LECTORI.

Prima columna, capite truncata, tot lacunas exhibet, ut nullus sensus erui queat. Hoc in causa fuit cur eam in medio relinquerem prorsus intentatam.

Sex aliæ quæ sequuntur columnæ, II-VII, ita sunt lacunosæ et incertæ (vide specimina), *ut quid sibi voluerit Auctor assequi non liceret, nisi divinando. Quod si, in his restituendis atque explicandis, sive paulo audacior, sive parum felix videor; ignosce, quæso, eruditissime Lector, propter summam susceptæ rei difficultatem.*

1

περι . λου . . . οσαγορευθικα
5 θει . μτου καλως αν π . . ε
γο . . ντοσι . χλ . . . . λοα . . ρι
. . . . . . αιτο . . . . τι . . . .
. . . . να . . . . τεχ . . . .
. . . . αις . . . . . ι . . . . .
10 . . . . τοις . . . .
πατη . . . .
. . . .
π . . αυεγι . . . . . .
. . . . κρα . . . .
15 λνδ . . . .
. . ε . π . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
20 . . . .
. . . .,
. . . κες . . . .
τω . . . .
ον ων . . . .
25 σικα

1 Ὅταν ἀδρῶται ἐν τῷ προοιμίῳ μὲν
ὁ λόγος, ἕως ἂν μὴ τραχὺ μήτ' ἐν
ἐνθυμήμασιν ἢ περὶ οὗ τὸ πρᾶγμά
ἐστι, μήτ' ἐν λέξει. καὶ πολλ-
5 οὶ μὴν φιλόσοφοί φασι παρὰ
τοὺς τεχνικοὺς ταῦτα τοῖς πράγ-
μασιν ἢ τοῖς λόγοις ἐγγίνεσθαι.
αὐτὸς μὲν οὖν τούτους ἐπαιτιώ-
μενος ἦν, ὡς προσδοξα-
10 ζόμενος καὶ θεωρῶν ἔκ τινων
ἰδιωμάτων τινὰς δεινοὺς περι-
γίνεσθαι μάλιστα, τὸ δὲ μυ-
ρίῳ μεῖζον ἐκ δογμάτων τῶν
ἡμετέρων περὶ λόγον γενέσ-
15 θαι, καὶ τοῦτο ἐψαῦσθαι περὶ ὃ ἐ-
πεπίστευσαν, οὐκ ἄρα τὴν ἄκα-
τον ἐκτεθλακότας· μείζω δὲ
ἀναπεφωνηκέναι χείρους ὑπε-
ράγαν, ἐπαύσθησαν· οὐ, νὴ Δί', ὑπεύ-
20 θυνοι. διὸ καὶ πρότερον μὲν
τούτοις εἶπον, ὅτι λόγους οἰστέ-
ον αὖ διηκριβωμένως
ἐπὶ καλὸν τῇ φύσει, καὶ οὐ διὰ
τὸ κατασκεύασμα. νῦν δὲ
25 τοῦτο θαῤῥῶν λέγω, μετ-
ὰ τῆς συμπλοκῆς ἔσεσθαι καὶ ἀ-

CAP. I.
De Rhetorica sophistarum in universum.

... quum abundans est oratio in exordio; dummodo exordium illud nihil abruptum habeat, tum in argumentis de re quæ agitur, tum in dictione. Multi quidem philosophi dicunt hæc secundum magistros Artium in rebus atque in oratione fieri. Quam ob causam ego illos incusabam; utpote qui magis magisque cogitans perpenderem quasdam esse peculiares rationes per quas nonnulli fiunt eloquentiæ maxime periti, atque id quod multo majus est per dogmata nostra fieri in oratione, sicque id eos attigisse ad quod obtinendum sibi confiderunt, neque profecto naviculam suam perfregisse; sed summum in modum invalidiores quam ut vocem altius intenderent, cessaverunt; nequaquam, per Jovem, rationi reddendæ obnoxii. Itaque prius his dixi orationes in lucem edendas esse accurate effictas ad id quod pulcrum est natura, non per artem. Nunc vero audenter assevero multiplici artificio atque

1 κριϐεΙΑ ἀξιολόγΟΥς, οὐΔ' ἔΧΟν-
ταΣ τὸ πεΡιΤτὸν ὕΨΟς, διΕκΛΑΜ-
ψαν οὐκ ἀπὸ τῶν σωφιστι-
κῶν παραγγελμάτΩΝ. Ἡμᾶς
5 ΣΗΜαίνΕΙΝ φαιδΡὰ μὲΝ ΔεΙ
Ὡς οὐδενὶ φυΣικῷ ῥΗΤΟΡΕΣ τεΧ-
ΝΙΚῶς χΡῆσθαι δΥΝΗΣονται
ΤΗ ΛΟΓΙΟΤΗΤΙ· ΟὔτΕ, ΤΕΧΝΗς ἀ-
πΟΥΣΗΣ τερΠΝΑ ΛΕλΕχθΑΙ,
10 κΑΙ ΤΡΙΒΗΣ ΧΩΡΙΣ. ΕΙ ΔΕ μετὰ
λύΠΗΣ ΛΕΓΟΥΣΙ ΤΙΝες, ἐΜΠΕΙ-
ρΙας ΔΕΙΓμά τι Ἐν ΠᾶσΙΝ ἔΓκεΙ-
ταΙ ΠΡΑΓΜΑΣΙ· σΥνΑΓΕΣΘαΙ Δ' Ἐς ῥΗ-
τοΡΙΚοΥς ὄχΛΟΥΣ ΠάΝΤΕΣ Νομίσ-
15 ουΣΙ ΤΡΙΒΗ τῶΝ ΤΕΧνΩν· ὀλί-
ΓΟΙΣ Δ' ἜΔΟΞέ τισιν ῥΗΤΟΡΕΥΕΙΝ
ἀλλοΚότοις ἡμΩΝ νόμοιΣ,
οἵ Γ' οὐδὲ μαΓΕίαΝ τοῖΣ Ἰατρι-
κοῖς, Ἢ ΓοηΤΕΙΑΝ τοῖς ΜΟυσικοῖς
20 καὶ γεωμέτραις, οὐΔΕ τοιΑΥ-
ΤΑ ΔΙΔΟΑΣΙ πᾶσι τεχΝίταιΣ, ὩΣ
ΣΟΦΙΣΤΑΙ, ὧν θαύμαΣΑς πάΛΑΙ ΕΙ-
ΜΙ ΤΗΣ ΚΑτασκευῆς, καὶ μά-
λισθ' ὅταν ὑπὸ τῆς ὀχλικῆς
25 θυέλλης μὴ στρΕΦΩΝΤαι,
καὶ διὰ ΕΥρΙΠΩν σΤΗΡΙΖΩΝΤΑΙ.

diligentia commendabiles fore; etsi minime habent eximiam illam sublimitatem quæ fulgorem suum e sophistarum præceptis non mutuatur. Nos enim clare significare decet nulla innata virtute rhetores adjuvari ut, famulante Arte, possint eloquentia uti; neque, Ars quum absit, deficienteque exercitatione, jucunda dicta unquam fuisse. Quod si orando quidam audientibus dolorem movent, experientiæ argumentum in omnibus rebus inest, eosque in gregem rhetoricorum annumeratos fuisse longo artium usu arbitrabuntur omnes; paucis vero quibusdam visum est quempiam eloquentia valere per nostras leges, quæ videntur absurdæ; quia neque magiam medicis, vel incantamenta musicis atque geometris, neque alia hujusmodi omnibus artificibus tradunt; id quod sibi tribuunt sophistæ quorum pridem copias admiratus sum; præcipue, quum turbulenta tempestate non distorqueantur, atque mediis in Euripis stent firmi.

1 καὶ λέγομεν, Πᾶσιν ἢ τοῖς πε-
ρὶ μᾶλλον δεῖν ΣυνΝοίαΣ Ἢ π-
άντων ὅσ' οἱ Ὑπ' ἄΛΛου ΤΈΧΝας ἀΣΚΗ-
ΘΈΝτΕΣ διεΤέΛεσαΝ, ὩΣ ΕἼΡΗται
5 Ἤδη. καὶ ΤῸ πρῶΤΟν ἜΣΤαι γε λέ-
ΓΕΙΝ ΜῈν τεΘΕΩΡΗΚΌΤΑΣ τοῦΘ',
ὍΠως ἕΚαΣΘ' ὡς Λίαν ἔργῳ ΕἼΗ
προσΉΚΟΝΤα. φιΛΟΣΌΦΩΝ ΓᾺΡ ἘΣ
χεῖραΣ ἸΈΝαι τὸΝ ΚΟΙΝῸΝ ΛΌΓΟΝ
10 ΦΑΊΗ ΤΙΣ· Οὐ παρείη ΔῈ ΤΟΥ͂ΤΟ ΜΗ-
δΕΝὶ ΤΩ͂Ν ἐν τοῖΣ ΤΗ͂Σ ῥη-
τορικῆς· θαυΜΆζω δῈ ὅτι
ΦΗΣὶ ΚάλΛΙΠΠΟΣ ἐν ΤΩ͂ Π-
ρΏΤΩ Τῆς ῥητορΙΚΗ͂Σ· ΤΩ͂ ΠΡΟΤΡΈ-
15 ΨΑΝΤί γε προχΕΙΡΌΤΑΤΌΝ ΠΩΣ
ἂν εἶναι διὰ ΤΑὐΤᾺ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙ͂Ν.
τραΓιΚεύΕΤαί Πη, ἐνὶ λΌΓΩ ΛΈ-
γειν, καὶ τοιαῦτας ἀμΦΙ-
βολίας ἑλεῖν μὲΝ τὸν Σύν-
20 δικον· καὶ τῶν ἄρθρωΝ Φη-
ΣῚΝ προῦργου μέλον ΕἸ-
ναι, τοὺς δ' ἐπαΓορεύΟΝ-
τας συνδέσμουΣ ΣυνΑΝΤΑΠΟ-
διδόναι, καθάπεΡ Μὴν ἜΦΑ-
25 μεν τοῦτον ποΙΕΙ͂Ν καὶ τοῦς
ταῦΤα πεΠοιηκόΤαΣ πΟΙΉ-

Dicimus autem, quibuslibet hominibus vel discipulis nostris magis opus esse meditatione quam illis omnibus præceptis quæ quicumque Artes aliunde edocti absolverunt, ut jam monuimus. Hoc primum erit, orare quum perpenderimus quomodo singula reapse valde conveniant quæstioni. Nam penes philosophos esse orationem de rebus communibus aliquis merito dixerit: quod quidem conceditur nemini eorum qui Rhetoricæ incumbunt; mirorque quod Callippus doceat in primo rhetoricæ libro, oratori qui adhortationibus usus fuerit in promptu futurum esse accusare per easdem rationes. Tragice quodam modo tradit, ut uno verbo rem aperiam, tales etiam amphibolias eligere patronum, articulisque curam impendere multum prodesse, atque illos qui jam dictis alia insuper addunt conjunctiones disponere, ita ut sibi respondeant; sicut diximus id solemne esse apud nostrum sophistam, et apud eos qui condiderunt poe-

10

1 μαΘ' ῶΝ οὔτε χρήσιμον, ΟΫτ' εΫ-
ϐούλητόν ΤΙ. ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν
παραλλαγῊν ταύτην οὐ-
κ ἐκ ΤΩΝ σοφιστικῶν τε-
5 χνΩΝ ΟὗΤΟι ἐποιήσαντο. τΆς δὲ ΤΈχ-
νας ΤαΫΤας λΕΛΟΊΠΑΣΙν κατΑΤΕ-
ΛέΣαΝΤΕΣ ΟἹ πΑΛΑΙοί· λόΓΟυς δῈ πλΕῖ-
ον ἐμεΛΈΤΗσΑΝ ΟἹ νΕΏΤΕΡοι,
ΤᾺΣ τέΧΝαΣ ΑΫΞΟΝΤΕΣ, ἋΣ μηδ' ὅ-
10 λας ἈΠΈΛιπΟΝ· ἘΠεὶ ἄλλα
ὙπέρΠΟΛΛΑ ἌΛΛΟΙ ἀνέΛΑΒΟν
θΕΩροΫΜΕΝΑ ἤδη, τέΤΑΡΤο-
ν Δ' ΕΫΡΟΝ ΕἶδΟΣ, Καὶ τὰς δίκας
ἘΚδΙΔΆΣΚΟΝΤΕς· καὶ πρὸς ΤΟΎ-
15 ΤΟΙΣ ΠΟΛΙΤΙΚΩ͂Ν ἭΨΑΝΤΟ πλΗΜ-
μελΗΜάΤΩΝ, Ἃ ΜΗδένα μη-
δὲΝ ἈΣΚῆΣΑΙ ΕἼΔΟΝ, πρὶν ἰσχῦ-
σαι τὰς ῬΗΤΟΡΙΚὰς διαΤΡΙ-
ϐάς. καὶ ΜῊΝ ΑἹ ΤΈΧΝαι ΠΕΠαι-
20 δευμένΩΝ ἈΛΛ'·έΔΟΣΆΝ
τισιν ἢ παιΔΕΥτῶς ἜΧΕΙΝ· ὭΣΤΕ
καὶ νῦν τούτουΣ ΜΆλιστα τῶν
λοιπῶν ὀρθΟεπεῖν, καὶ τὸ
λέγειν εἰκῆ διαΙρεΤῶΣ ΦΕΫΓΕΙΝ,
25 καὶ ἈπρΕπὲΣ. μάλα, κΗΦΗνΊΔΟΥ
τάχιστΑ διορΘΟῦΝτος, μόνΟΝ

mata in quibus occurrit nihil utile, nihil sapienter excogitatum. Quin immo ne illa quidem discrimina per sophisticas Artes hi constituerunt. Tales igitur sunt Artes quas compositas reliquerunt veteres. Commentationes vero suas accuratius scripserunt recentiores; amplificantes Artes, quas tamen non omnino absolutas reliquerunt: permulta enim alii acceperunt jam excogitata, quartumque invenerunt genus, etsi judiciale quoque edocebant; præter quam quod politica delicta attigerunt, ut qui animadvertissent neminem unquam hæc tractasse, priusquam vigerent rhetoricæ exercitationes. Artes autem quibusdam eas edoctis alia præbuerunt quam doctrina exornari: inde etiam nunc efficitur ut viri eruditi præ reliquis omnibus recte eloquantur, temere dicere fugiant, atque indecorum admodum esse videatur, si rem Cephenides adducere citissime ad perfectionem sciat, huic illum solum

1 χάριν οὐκ ἀπΟδεΔωκέναι
τὸν καλούμενον ΣΟΦΌΝ. Ἔμαθον δ'
ἀφικόΜΕΝΟΙ ΕἸς Ἀθήνας ἐΠῚ
ΤΟΥ̓ς τÓτΕ ΠΑΡᾺ Πρυτάνεσιν
5 ἐν δίΚΑΙΣ ὌΝΤΑΣ, Ἰσχυρά Τε σΥλ-
λέΓΟΝΤΑΣ δικΑιώΜΑΤΑ. ἘΣ δέκα τε
ἄνΔΡΑΣ ἙΚΆΣΤης ΦΥΛΗ͂Σ ΦΑΣΙΝ
ἘΛΘΌΝΤας, ΤΙΝᾺ ΤΡΌΠΟν ἐΠΙΒΕ-
ϬλΈφθαι τῶν ΠΟΛΙΤΙΚΩ͂ν,
10 (τΟΥ̓ΤΩΝ πρὸ αὐτῆς αΥ̓ΘΕΝτῶν)·
οὐΔῈ ΠΟΛιτιΚῶΝ μÓνων, ἀλ-
Λὰ καὶ φιλοσοΦΙΚΩ͂Ν καὶ τῶν
ΚΑΘ' ἁΠλᾶς ΔΙαΝοήσεις καὶ ΔΙ-
ὰ κΑΤΑΝοήσεις ΠρΟΦΕΡοΜΈ-
15 ΝΩΝ· ΝοΜΊΣΑΙ Δ' ΟΥ̓κ ΕἾΝαι ἘΠὶ τῶν
ἈΣΚΗΣάΝΤΩΝ ΠάντΩς ἄΛΛα· ὡς τε-
χνογράφΩΝ ΔιαπεφΕυγό-
των οὐ μόνοΝ Τὰς οὕτω
προχείροΥς ἐν Ταῖς ἑρμΗ-
20 νείαις ἀτοπίαΣ, ἀλΛὰ σχΕ-
ΔÒν καὶ πάσας. καὶ Δὴ Γὰρ
οὐδ' ἐπέτρεΨΆν πῃ βοηθεῖν
ἑαυτῷ λέΓΟντΑ Τὴν κοι-
νῶς κεκλΗμένΗΝ ῥητο-
25 ρικὴν ἀπολύεΙΝ αὐτῶν.

quem sapientem vocant gratias non retulisse. Artes porro didicerunt Athenas confluentes ad illos qui apud Prytanes tunc judicio contendebant, validaque colligebant causæ præsidia. Ferunt eosdem, quum ad decem viros cujusque tribus venissent, quodam modo animum advertisse ad politicas res (his decem viris pro unaquaque tribu, arbitrio suo, quidvis agendi potestatem habentibus); neque ad res politicas tantummodo attendisse, sed etiam ad philosophica, atque ad illa quæ per simplices cogitationes et per altas cujusque rei cognitiones enuntiabantur; sicque censuisse talia argumenta non esse penes eos qui prorsus diversa quæsiverunt, quasi rhetoricæ magistri vitarent non solum peccata quæ in elocutionem tam facile cadunt, sed fere quælibet alia. Neque concesserunt profecto auxilium ullo modo eum sibimèt ipsi afferre, qui dicit illam quam communiter vocamus Rhetoricam his culpis eximere.

1 ἈλλΆ τὸν Φοίνικα διδάσκα-
λον Ἀχιλλεῖ συναπεστΆΛ-
θαι Φησὶν Ὅμηρος. οὐδὲ τὴν
φύσεΙ καὶ περὶ λόγον ἀρετὴν
5 κατ' ἐξοχῊν ἰδίως ἂν ΕΪ́Η
ἀΓοΡΕυθήσεσΘαι ῥητορικΉΝ.
ΕἸ δέ τις βουλεΎΟΙΤ' ΑΥ̓ΤΗ͂ πΆ-
ΝΤ' ὀΡθΟῦσθαι, διΑΡ̓Ῥήδην' γ' ἂΝ
εἴρηκεν, πρὸ τΩ͂ν ῥητοριΚΩ͂Ν
10 διατριδῶν μηΔΈΝα Ἥφθαι τΩ͂Ν
πλημΜμελημάτων τού-
Των. οὐδ' οὕτωΣ μὲν οὗΤΟΣ
εἶπεν, ἀλλ' ἀπΕΊΡωΣ ἰσχύ-
εΙν τὰς ῥητορικὰς διατΡΙ-
15 βάΣ· ἍΤε μηδὲ ΠερικλέΑ
ΤΥΧΌΝΤΑ στεφάνου, Θουκυδί-
δην μηδὲ τὸν Ὀλόρου, τήν
γε ΠρΌχειρον ἐκπεφευ-
ΓέΝαι καχεξίαν τῆς ἑρ-
20 μηΝείας· ἀλλὰ μΗδ' ἐπιτε-
θεωρηκέναι. τάχα γὰρ ἐ-
ΠῚ Τούτων κατῆρχθαί
τις ἐρεῖ τᾶς διατριβάς· ἰσ-
χυκΈναι δὲ οὐδΕῚΣ, εἰ μή τις
25 ΤΩ͂Ν ἀναισχύντων· καί

Atqui Phœnicem doctorem cum Achille missum fuisse narrat Homerus. Neque innatam virtutem quæ in oratione versatur, per excellentiam peculiariter Rhetoricam prædicari licet. Quod si quis existimaret per illam omnia ad rectum exitum perduci, hoc idem esset ac si expressis verbis diceret, ante rhetoricas exercitationes, neminem ejusmodi peccatis fuisse obnonoxium. Minime autem ita locutus est hic Sophista; contra vero dixit infinitam vim habere exercitationes rhetoricas; quum neque Pericles qui corona donatus fuit, neque Thucydides, Olori filius, hunc pravum dictionis habitum qui est in promptu effugerunt; immo ne ad eum quidem animum adverterunt. Fortasse enim horum ætate, exordium habuisse illas exercitationes aliquis dixerit; nemo autem eas viguisse contendet, nisi fuerit e numero illorum qui se impudenter gerunt; quam-

1 τΟι διαφέρουσιν οὐΔÈΝ, καὶ
μετὰ τὴν ἰσχὺν ΤΩΝ δια-
τριϐῶν ἀνιστόρητοι γεγο-
νότες ἀπάσης τῶΝ, πρὸ τοῦ
5 παρελθεῖν αὐτὰΣ καὶ κΑτισ-
Χῦσαι, διαλεχθέντων. ἀλλ' οὐ-
θὲν ἧττον όΡῶνται φανε-
Ρῶς οἱ μὲν οὐχ ἧττον ἀγΟΡεύ-
ΟΝτες ἐν λέξεΙ τῶν ἄκρως
10 δΙατριϐικῶν, οἱ δὲ μᾶλλον.
ἀναρίθμητοι δὲ τῆς οὕτω
προχείρου καχεξίας, οΫΚ Ὀ-
κνοΫΣΙΝ εἰπεῖν Ὅτι τὸΝ τρό-
πον τοῦτον ὃν διὰ τῶν
15 παραδειγμάτων οὗτος
ὑπέδΕιξεν, ὁ Καπανεὺς,
καὶ μαΘὼν μόνος, λαλεῖ.
δοκῶ δὲ μηδ' ἀΓυμνάσ-
των μόνον ἐν λόγοις ταύ-
20 τας εἶναι τὰΣ καχεξίας,
ἀλλὰ Καὶ τὸν κοινὸν λεγό-
μεΝον Νοῦν οὐ προσφερο-
μένων· ὥστε κινδυνεύ-
ειν ἡμᾶς, κατὰ τὸν λόγον,
25 καὶ τοῦτο περιποιεῖσθαι
Παρὰ τῆς ἰσχύος τῶν ῥη-

vis nulla re præstent; immo, ex quo floruerunt exercitationes rhetoricæ, prorsus alieni facti sunt a vigore eorum qui orationes habuerunt, priusquam illæ exercitationes in lucem prodirent, vimque assequerentur. Attamen manifeste videas quosdam in orationibus suis non minus eo genere dicendi utentes quod aucupantur illi qui summe versantur in rhetoricis exercitationibus; quosdam etiam multo magis. Quum autem innumerabiles sint homines hujus pravi habitus qui est ita in promptu, dicere non dubitant, eadem ratione quam per exempla hic Sophista tradit, Capaneum tractare orationem, etsi per se solum fuit eruditus. Ego vero existimo eos qui tali malo laborant non solum in eloquentia nequaquam exercitatos esse, sed etiam præ se non ferre id quod sensum communem appellamus; adeo ut videamur, sicuti par est, sanam quoque mentem nobis comparare e virtute rhe-

1 τορικῶν διατριβῶν. διόΠΕΡ μη-
Δὲν θαυμάζωμεν τὸ μό-
να τάξαΣθαι τὸ πεπαιδευ-
μένως διαλέγεσθαί τισιν
5 ἢ ἀπαιδεύΤως· ὃ καὶ αὐτὸΣ
θεῖναι τετόλμηκΕΝ, ὥσ-
περ τῶΝ διατριβῶν Πάσας
τὰς παιδείας διδασκουσῶν,
ΚΑὶ τῶν γραμματικῶν, καὶ
10 μοΥσικῶν, καὶ γεωμετρι-
κῶν. τί γὰρ δεῖ φιλοσόφωΝ,
ΕἰπΕῖν τὰ κατὰ τὰς ἰδίαΣ Π-
ΑΙΔΕΎΣεις οὐ πεπαιδευμέΝΩ-
ν, ῬᾷΟΝ ΔῈ Λαλούντων ἢ μυρίων
15 ἐΓγεγηρακότων ταῖς δια-
τρΙΒΑΪΣ, Ἢ οὐκ ἀπείρως παί-
δΕίας ἁπάσης διαλεγο-
μένων; εἰ γὰρ αὖ τὸ ῥητο-
ρικῶς λαλεῖν μόνον ἐκά-
20 λει πεπαιδευμένως, λΌΓοΣ
χρυσὸς ἦν ἊΝ· ἀμέλει δὲ καὶ
φαίνεται τοιΟῦτος, ὃΣ Γε
καὶ μάλιστα τῶν λοιπῶν
ὀρθΟεπεῖν φησι τούτους,
25 καὶ πᾶσαν εἰκαιότητα Δια-
φεύγειν. κἀΜπρΕπές ΦΗ-

toricarum exercitationum. Idcirco nequaquam miremur nonnullos tantummodo præcepisse erudite aut inerudite cum quibusdam disserere; quod quidem hic Sophista statuere ausus est, perinde ac si doctrinas omnes traderent exercitationes sive grammaticæ, sive musicæ, sive geometricæ. Quid enim opus est philosophis qui, disciplinis minime comparati ad explicandum oratione illa quæ per peculiares institutiones ediscenda sunt, rectius tamen loquuntur quam tam multi qui in exercitationibus consenuerunt; vel saltem disputant eruditionis non prorsus expertes? Quod si hic Sophista solummodo diceret rhetorice loqui esse erudite loqui, eloquentia cuilibet alii rei vere præferenda esset; atqui talis et ipse hic sophista re vera esse videtur, quando quidem profitetur illos qui rhetoricam edocti fuerunt recta oratione ante cæteros omnes uti, temeritatemque omnem in dicendo effugere. Conveniens esse addit

1 σιν ἔν τισιν τάχιστα διορθοῦσ-
θαι συνΕιθισμένους, παρεσ-
κευάσθαι καὶ περὶ παντὸς
ἐπεσκεμμένους λέγειν, καὶ
5 παρὰ τῶν εἰδότων πεΠυσ-
μένους· ὥσΤε τῆς Ἑλλάδος
οὕτως ἠνθηκυΙας τότΕ
πεπαιδευμένοις καὶ ΠΟΙ-
ηταῖς, ἅπαντας ἁπλῶΣ ἘΠΊΣ-
10 τασΘαι τῶν σοφιστΩ͂Ν ΤΗ͂ ὈΡ-
Θοεπείᾳ τὸ δίκηΝ λέγειΝ·
μηδ' ὅλως τινὰ περιφΡΟ-
Νεῖν αὐτῶν, ἀλλὰ μόΝουΣ
Τοὺς διατριΒΙκούς· ὧν εἶ-
15 Ναι Ἀλογωτέρους ἑτέρους
οὐκ ἄν τις ἐπιΔείξειε, κΑὶ
πάντων πολλάκις προεΚΠΙ-
πτόντωΝ, μόνους ἐν ὀλί-
ΓΟις· εἴπερ ἄρα Καὶ τούΤους
20 ἐν τοῖς πλαστοῖς καὶ τοῖς
γεγραμμένοις ἀστοχάσ-
τουΣ θεωροῦμεν, καὶ μΌ-
νους, ἃ ποιεῖν ἔφησεν, ἘΚΠ-
ΟιΕῖσθαι, τοὺς ὑπὲρ ὧν Ἡ-
25 Μεῖς εἴπαμεν οὐδενὸς ΠΈΡΙ
ΟΎδέποτ' ἐπεσκεμΜΈ-

illos qui quædam promptissime ad bonum exitum perducere solent, ad id etiam paratos esse ut de omni argumento, adhibita meditatione, orationem habeant, quum a peritis viris eruditi fuerunt; adeo ut, Græcia hominibus liberaliter educatis poetisque tunc temporis ita florente, omnes in universum tenuisse artem tractandæ causæ, accurata dictione sophistarum in usum suum advocata; neque ulli omnino eos fuisse contemptui, nisi solis scholasticis; præ quibus cæteros a ratione magis alienos esse nemo ostenderit; neque, dum omnibus sæpe res secus cedit, eosdem solos esse quibus cœpta sua in paucis male cedant: si re vera quidem hos in fictorum et pictorum operibus a scopo aberrantes videmus; ea vero quæ facere præscripsit illos solos peragere, quos diximus nullam rem unquam attento animo perpendis-

1 νους· τοὺς δὲ φιλοσόφουΣ
οὓς ἅπαντες προειλήφα-
σιν ἀσφαλεΣτάτους καὶ
σκεπτικωτάτους, τούτων
5 τε ἀμελεῖΝ, καὶ μηδὲ πα-
ρὰ τῶν εἰδότων οἵους τ' εἶ-
ναι πυνθάΝΕΣθαι. τὸ γὰρ
αὖ πΕρὶ τῶΝ ΠΟΛιτιΚῶν
πραγμάτων τΑὐτΆ λέ-
10 γειν αὐτὸΣ ὑπαΚούΩΝ Μέλλειν,
πάλιΝ οὐκ ἐπὶ τὸ ἔπεΙΤΑ τάΔ'
ὑποδΕίγματα ἈΠΟΦΈΡΕΙ, ἐΝ τῇ
λέξει ἀχειΡίας πάΣΑΣ ΤΙθεὶς,
καὶ προΣαγορεύων τὴν διάφευ-
15 ξιν αὐΤῶν ὀρθοέπειαν. οὐ
μὴν ἀλΛὰ τοὺς ῥήΤΟρας ἐΓ-
κατορΘΟῦν ἐν τοῖς ῥητορικοῖς
ἐλεΓΚτιΚῸΝ πρὸς τὸ διαλεκτι-
κόν ἘΣτΙν· οὗΤΟΣ δ' ἔλεΓχον
20 ποιούμενΟΣ, Ἔφη προσδεή-
σεσθαΙ τῆς ῥητορικῆς, ἢ πρὸς
τοὺς ἄλλους πεπαιδευμέ-
Νους, μᾶλλον δὲ καὶ τεχνί-
ταΣ ὅΛως, οἳ τὰ ΣΧΈτλια καΤᾺ
25 πλεῖΣΤά που ΛΈΓΟΥΣΙ· πόσοι δῈ,
οἱ φύΣΕΙ Τὰς τέΧΝαΣ ἈΣΚΟΥ̃ΣΙ. ΠΟΛ-

se; philosophos autem quos opinione sua omnes præsumserunt esse a lapsu tutissimos, meditationique maxime assuefactos, talia negligere; neque eos esse, qui hæc a peritis ediscant. Eadem de politicis quæstionihus suo loco traditurum esse hic Sophista subaudiens, rursus in posterum talia argumenta non profert; ut qui omnes solertiæ defectus in dictione ponat, horumque fugam nominet rectam dicendi rationem. Attamen rhetores, rhetorica tractantes, rem ad felicem exitum perducere, hoc Dialecticæ vituperationi esse contendit; idque in argumentum vertens, asseverat Dialecticæ Rhetorica opus esse, sive in cæteros homines liberaliter educatos, sive potius in artifices universe, qui plerumque inepta dicunt; quoti enim, favente natura, artes excolunt! Mul-

1 Λοὺς ΑΥ̓Θις καὶ Φίλωνα τὸν ἈΡ-
χιτέκτονα περὶ τῆς Σκευοθή-
κης· οὗτος αὐτὸς εἰσήΓαγεν
δημηγοροῦντα. σὺν δὲ ΤΟῖς
5 θεοῖς, οΥ̓Τε τὰς διατριΒΆΣ Τῶν
ῥητορικῶΝ ἰσχυροποΙΉΣΑν-
τες ἐν ΣΠΟΥΔῌ γε τῶν διατριΒῶν
οὗτΟΙ ἘνΕΒΊΩΣαν, οὔτΕ σΥΝεΙ-
θίσθησαΝ ΠΕρὶ παντὸς ΚΑΤΕ-
10 σκέφθαι· Καὶ διὰ τούΤΩΝ, μῊ ἘΚ-
πίπτειΝ ἢ διοΡΘΟΥ͂Σθαι τὸ τ-
Άχιστα. οὐΔΕνὶ τοιγαΡ-
οῦν ἡ τοσΑΥ̓ΤΗ ἝξΙΣ ἦΝ τῶΝ ἩμεΤΈ-
ρων. τινὲς Δ' ἐν τΑΙ͂Σ τέχνΑΙς
15 ἀθηναῖοΙ ΠΔΕΊΣΤου λόγου ΤΆ τῆς
ὑποκρίσΕΩΣ ἨΞΊΩΣΑΝ. ΕἸ μὲν ταῦ-
τά τίς ἘΣΤΙΝ ἜΧων, καὶ Σεμνό-
τερος αΥ̓τὸς φαίνεται· καὶ
πρὸς ἓν εἶναΙ ΜΆΛλον ποιεῖ
20 τὸν ἀκούοΝΤΑ, καὶ συνΙέ-
ναι, καὶ μνημονεύΕΙν, καὶ
κινεῖσθαι παΘητικῶς,
ἄλλων ΟΥ̓Κ ἈΝΟΙΚΕίως ταῦ-
τα δρώντων, ὉμΟΛογοῦ-
25 μέν ΓΕ· ἀλλ' οΥ̓ μῊΝ ΤῊ Ῥη-

tos rursus idem Sophista induxit, atque Philonem architectum apud populum de armamentario concionem habentem. Diis autem volentibus, neque rhetoricis exercitationibus vim addentes in harum exercitationum studio vitam triverunt; neque assuefacti sunt cuicumque rei disceptandæ, atque per tales exercitationes non male peragendæ, aut ad bonum exitum perducendæ quam celerrime. Nemini vero Nostrorum tanta facultas concessa fuit. ¶ In Artibus autem suis quidam Athenienses Actionem maximi æstimarunt. Si quis eam possideat, gravior ipse judicatur : id quoque hunc pervincere, ut audiens circa rem unam magis detineatur, omniaque intelligat atque memoria teneat, vehementerque commoveatur, aliis convenienter hæc peragentibus, profitemur quidem ; attamen non ad Rhe-

CAP. II. De Actione.

1 τορικῇ τΟΥτο πρΟΣΗΚΕΙ τάΓ-
Τειν, μᾶλλον ἢ τΗ δΙαλεκτι-
κῇ καὶ τῇ γραμματικῇ, μΑ-
θεῖν ἄν τις ἐπιΘυμΗ ΤέΧΝΗΝ
5 καὶ ΑΡΕΤΗΝ ΤΗΣ ὑΠοΚΡΙΤΙΚῆς, ἣΝ
δΥνατΗΝ Πως ἐΠΟΙΗΣΑΝ ΤΙ-
Νες. καὶ τρίτοΝ, ἐν ῥΗΤΟΡΙΚῇ
μὴ ΟΥΣΑΝ, καὶ νὴ ΔΙΑ μένΤΟΙ, και-
Νὴν ἐν ΚΩΜῳδίᾳ, κΑΙ ΤΡΑΓῳ-
10 δίᾳ, καὶ μΙμοις, καὶ τοΙΣ ἀνα-
λόγοις, ὑπόκρισιν ΥΠΟΤιθΕ-
ασιν τῇ ῥητορικΗ. μακαρΙ-
ζομεν αὐτοὺς τΗς Συνέσε-
ως· εἰ δὲ τοὺΣ ΤΑ κοινὰ διατι-
15 θεμένΟΥΣ ΚαΙ προσδεῖΝ τοῦ σΥΝ-
ΙΕναι τΗΣ ΥΦ' αὐτῶν διδασ-
καλίας νομίζουσιν, ΕΠιζη-
τοῦμεν τί δήποτε καΤε-
γΝωκΟΤες ἡμΩΝ, ΤὴΝ ἐν
20 τοῖς ἡμετέρΟις Γε οὖσαν
ὑπόκρισιν ΑΥΤοΙΣ ΑπονΕμου-
σιΝ· ἔτι δὲ μᾶΛΛον, ἐκ τίνος
ἀντιποιοῦνΤΑΙ τῆς κοινῆς
ὑποκρίσεως, τῶΝ ΟΥδὲν ΚΑΘΗ-
25 κόν τι προφερΟμένων
ἐπιστήμΟΝΕΣ; ΤέΧΝας τ' οὐ-

toricam magis pertinet de ea præcepta componere, quam ad Dialecticam vel ad Grammaticam; si quis discere voluerit artem et virtutem Actionis quam potentem effecerunt nonnulli. Eam, quum in Rhetorica non existeret; immo, per Jovem, quum in comœdia, in tragœdia, in mimis atque in aliis huiusmodi recens esset, tertias in Rhetorica obtinere constituunt. Quibus sagacitatem suam gratulamur: sin arbitrantur illis qui communia exponunt etiam opus esse, ut disciplina quam ipsi tradunt imbuantur; quærimus quid crimini vertentes nobis Actionem, quæ e nostris disciplinis profecto pendet, sibi vindicant; immo potius, cur sibi tribuant Actionem eam quæ omnibus communis est; etsi earum rerum sunt periti quæ nihil quod quodam modo conveniat præ se ferunt? Horum autem Artes ne

1 κ ἂν ἀπαίδευτος ἀΞΙΟΪ ΕΎΡιΣ-
χομέναΣ διὰ τοΥ ὑπόΚΡιΣΙΝ
Προσηκόντως τοῖς πρά-
Γμασιν διατιθεμένου· ἸΔΌΝΤ-
5 ΕΣ Γὰρ ἀΚΑΊΡΩΣ χανόντας
ἐν ἀρχῇ, Ἢ τὸΝ ΤΌνον ἐΠΆΡΑΝΤΑΣ,
νοΉΜατα ῥέΟΝΤΑ ἘΚΦΈΡΕΙΝ,
ἐΝ ΤΟῖς ῥητορικοῖς ὑπο-
κρίσεως ἀνΤιποιοῦνται.
10 μαΚρὰΝ μὲν ΤΟΥ̃Τ' ἜΣτιν τῶΝ
σΥνΙΈΝΤΩΝ ΑΥ̓ΤΗ̃Σ ΤΗν δύνα-
μΙν· ἐπεΙΔΆΝ τις κΑὶ τῆς φΙ-
λοσΟφίας βελτίω καὶ κα-
ΤᾺ Τοῦτ' ἐμφανίζῃ τὸ ΤΟ-
15 ιοΥ̃τοις ἴδιον ἜξοχΑ, τῸ
ΟΥ̓δὲν ὑποκρΙνεσθαι Ποιεῖν
ἝΤΕρον. Καὶ ΤῸ τοὺς ἄλλους ΠοιΕΙ̃Ν
ΤΟΥ̓των φάσΚΕΙΝ μόΝΩν, ἐσ-
τὶν ἐΝδεχόμεΝΟΝ τὴν
20 ὑπὸ τΟῦ θέλοντοΣ ἀντι-
στροφήν. κἂν εἴπΩσιν ὅ-
τι μόνοι τέχνας Ὑπὲρ αΥ̓-
τῆς παρέδοΣαν, ΣΚιομα-
χήσουσι· καὶ Τῶν ποιητῶν,
25 οὐχ ὅτι τῶΝ ἄλλων ὑπο-

ignarus quidem existimaret fuisse inventas per eum qui Actionem suam convenienter rebus accommodat; nam quum oratores viderunt qui intempestive, statim ab initio, hiantes vel intendentes vocem, profluentes expromunt sententias ; in Rhetorica Actionem sibi vindicant. Multum hoc distat ab iis qui Actionis vim comprehendunt; quandoquidem hanc aliquis ipsa philosophia potentiorem esse ostenderet, vel per id quod viris Actione præcellentibus est summum in modum peculiare; nimirum, nihil aliud esse quod cæteros Actione valentes efficiat. Quod si quis dixerit cæteros Actionis peritos præstare sophistarum esse proprium, argumentum in eum retorquere quilibet poterit. Sin contendunt se solos de illa dedisse præcepta, inaniter pugnabunt; poetis ipsis, non tantummodo cæteris, Ac-

1 κρίνεσθΑΙ ΔΙδασκόΝτων, καὶ
τῶν λογικΩ̃Ν ἀπάΝΤων, κἂν
μὴ συΓΓράφωΣιν· διὰ τὸ
βαιὰς εἶναι τὰς θεματικὰς
5 Παρατηρήσεις ἈπΌ Γε τῆς
ΑἸΣθήσεως, ὑπῸ ΤΩ̃Ν ΔΙΑΣΑφοΫν-
ΤΩΝ οἵας δεῖ ποΙΉΣΑΣθαι
ΤΆς ΔΙαθέσειΣ, ΚΑῚ ὍΠΩΣ Πολλὰ
δεῖ τῶν παθῶν αὐτῶν
10 δΕΙΝΌΤΕρα σχηματΊζειΝ καὶ
ΤῸ ΣΧΗ̃Μα, καὶ τῊΝ φωνῊΝ,
ΚΑῚ Τἆλλα ΛΈγοντΟς. ἜΝ-
θεΝ ΓᾺΡ τοὺς ἰδιώτας, καὶ
τΟῪς βαρβάρους, εἰ μὴ καὶ
15 τἆλΛα ζῶα, τοῖς πάθεσιΝ ἀ-
κΟλούθους τὰς μεταβο-
λὰς ἔχοντας θΕωροῦμεν.
τινὰ δ᾽ ὧν παραΓγέλλου-
σιν οὗτοι καὶ φυσικῆς εὐ-
20 κΑιΡΊας δεῖται, κΑθάπερ
εὐμέλεΙα φωνῆς καὶ με-
γέθη, καὶ τόνοι, καὶ πνεῦ-
μα, καὶ προσώπου, καὶ Χει-
ρῶν, καὶ τοῦ λοιποῦ σώμα-
25 τος ἀξίωμά τε καὶ ῥυθμοὶ,
καὶ τόλμα, καὶ τοιαῦτ᾽ ἄλ-

V. 26: Τῆς συμπλοχῆς... In Ms.: ΤΗΟϹ7ΜΗΛΟΚѠ. Quod ad τῆς συμπλοχῆς adtinet, idem significare videtur atque μετὰ τοῦ τὰς ὑποθέσεις συμπλέκειν, de quo legendus Ernesti., l. l. p. 326.

COLUMNA III.

V. 1.. Ἀκριβείᾳ ἀξιολόγους...H. e. laudabiles, ut qui orationes scribant accurato studio elaboratas et castigatas; in quibus nihil luxuriet, sed ad veritatem et necessitatem usus præsentis exacta sint omnia. Cf. Ernesti., l. l., p. 11.

V. 2. Ὕψος.. In Ms.: 7... C. Posui ὕψος quod sensum commodum suppeditat, libenterque spatium admittit.

V. 2-3. Διεκλάμψαν... In Ms.: ΔΙϹΗΚΑΨΑΝ, unde,

levi mutatione, facile fuit elicere **ΔΙΕΚΛΑΜΨΑΝ**.

V. 3-4. Οὐχ ἀπὸ τῶν σοφιστικῶν παραγγελμάτων... Sophistas ætatis suæ magnifica pollicitantes lacessit similiter Isocr. Adv. Sophist. V, ed. Coray: Οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις, ἄξιον ἐπιτιμῆσαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῆς μὲν ἀληθείας οὐδὲν φροντίζουσιν, ἡγοῦνται δὲ τοῦτ' εἶναι τὴν τέχνην, ἢν ὡς πλείστους τῇ σμικρότητι τοῦ μισθοῦ, καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγγελμάτων προσαγάγωνται, καὶ λαβεῖν τι παρ' αὐτῶν δυνηθῶσιν κτλ.

V. 4-10. Ἡμᾶς — τριβῆς χωρίς... Me multum diuque torsi, in hoc restituendo loco. Satis confido conjecturam meam non omnino esse alienam a doctrina Epicuri qui dictitabat: Φύσις γάρ ἐστιν ἡ κατορθοῦσα λόγους· τέχνη δὲ οὐδεμία, teste Max. Planud. Schol. in Hermog. De Formis, I; Rh. gr. Walz. t. V, p. 441; Sophisticam impugnans quidem, germanæ autem Rhetoricæ non infensus, cf. Gassend. De Vita Epicuri etc., lib. VIII, 9. Hoc loco, Noster, magistri sui exemplo, lacessere videtur eos qui, sola Artis ope, eloquentiam se assecuturos esse existimabant; non ideo tamen diffitetur ingenium vera doctrina exercitationeque adjuvari; in quo consentit cum Platone, in Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 169: Εἰ μέν σοι ὑπάρχει φύσει ῥητορικῷ εἶναι, ἔσει ῥήτωρ ἐλλόγιμος, προσλαβὼν ἐπιστήμην τε καὶ μελέτην. Eadem docet Isocr. l. l., IX, ed. Coray.: Καὶ δεῖ τὸν μὲν μαθητὴν πρὸς τῷ τὴν φύσιν ἔχειν, οἵαν χρὴ, τὰ μὲν εἴδη τῶν λόγων μαθεῖν, περὶ δὲ τὰς χρήσεις αὐτῶν γυμνασθῆναι κτλ.; Syrian. Prolegom. in Hermog. De Formis, Rh. gr. Walz. t. VII, p. 91: Χωρὶς γὰρ τέχνης ἀνόνητα τὰ τῆς φύσεως πλεονεκτήματα.

V. 10. Τριβῆς... Apud Ernesti. l. l. deest vox τριβή cujus vim definit Doxopat. Prolegom. Rhetor. l. l., t. II, p. 78: Τριβὴ γάρ ἐστι καὶ προπαίδευσις τὸ ῥητορικὸν προγύμνασμα, προπαιδεύουσα ἡμᾶς καὶ προασκοῦσα εἰς τὰ τῆς ῥητορικῆς εἴδη, καὶ εἰς τὰ μέρη τοῦ πολιτικοῦ λόγου.

V. 12. Δεῖγμα... Quid inter δεῖγμα, παράδειγμα, ὑπόδειγμα intersit, docet Joann. Siceliot., Schol. in Hermog. De Formis, I, l. l. t. VI, p. 123: Φημὶ τοίνυν ἐγὼ, ὡς γενικόν ἐστι τὸ τοῦ

δείγματος ὄνομα· σημαίνει γὰρ καὶ τὸ παράδειγμα καὶ τὸ δεῖγμα καὶ τὸ ὑπόδειγμα· καὶ τὸ μὲν παράδειγμα ἐκ τῶν γνωριμωτέρων λαμβάνεται εἰς ἔνδειξιν τῶν ἀμφιβαλλομένων.... δεῖγμα δὲ τὸ ἐκ τῶν ὑποκειμένων....ὑπόδειγμα δὲ τὸ ἀληθὲς καὶ ἀναντίῤῥητον.

V. 17. Ἀλλοκότοις ... Si leges suas ἀλλοκότους, i. e. *absurdas* vocat, hoc εἰρωνικῶς dicit subintelligens, ut opinor : *videlicet*, *ex adversariorum sententia*.

V. 18-22. Μαγείαν — ὡς Σοφισταί... In Ms. **ΜΑΙΑ** nullum præbebat sensum. Posui μαγείαν, Γ enim excidere potuit, præterquam quod in Herculan. Volum. occurrit **Ι** pro **ЄΙ**. In v. 19, pro **Ο Ί ΗϹ**, levi mutatione, habebam **ΓΟΗϹ**: scripsi, efflagitante sensu, γοητείαν. Apud veteres, magia et præstigiatoris artificia inter κακοτεχνίας annumerabantur. Cf. Prolegom. in Hermog. Rhetor., l. l. t. IV, p. 26 : Καὶ κακοτεχνία μέν ἐστιν ἡ τῶν φαρμακέων καὶ γοήτων, ἐπὶ γὰρ κακῷ τῆς πολιτείας τὰς τοιαύτας εὑρήκασι τέχνας· ἄλλο γάρ ἐστι φαρμακεία, καὶ ἄλλο γοητεία, καὶ ἄλλο μαγεία. Ad rem intelligendam apprime facit Doxopat. Homil. in Aphthon. l. l. t. II, p. 107 : Ὁ δὲ ῥητορικὸς εἰ καὶ αὐτὸς περὶ τῶν προτεθέντων λέγει, εἴτε ἰατρικά εἰσιν (Cod. Matr. ἐστὶν), εἴτε φιλόσοφα, εἴτε μουσικὰ, ὅμως ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον περὶ τῶν πολιτικῶν διαλαμβάνει.

V. 26. Διὰ εὐρίπων στηρίζωνται... Hæc ita restitui ex iis quæ leguntur in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XVI, v. 14—16. Στηρίζωνται scripsi ex Homer. Iliad. XXI, 241-242 :

> Ὤθει δ' ἐν σάκεϊ πίπτων ῥόος· οὐδὲ πόδεσσιν
> Εἶχε στηρίξασθαι.

COLUMNA IV.

V. 1-5. Καὶ λέγομεν — ἤδη... Hæc mirum in modum corrupta caute restitui atque interpretatus sum. Nonnihil re-

ligionis mihi movit τοῖς περί, subintellecto ἡμᾶς, quod addidissem, si licuisset per spatium. Pro ΓΑΜΟΖ, v, 3, scripsi ΥΠ' ΑΛΛΟΥ — *aliunde*, de quo legendus H. Stephan. Thes. ed. Didot, t. I, p. 1540—1541.

V. 4-5. Εἴρηται... Sive in ea parte hujus libri quæ interiit, sive in aliis de Rhetorica voluminibus, hactenus non editis.

V. 8-12. Φιλοσόφων—τῆς ῥητορικῆς... In hoc consentiunt Technologi. Cf. Sopat. Schol. in Hermog. Rhetor. Rh. gr. Walz. t. V, p. 27; Ejusdem Syrianique Schol. in Hermog. De Statibus, l. l., t. IV, p. 301; Auctor. Prolegom. De Statibus, l. l. t. VII, p. 44; Gregor. Corinth. Schol. in Hermog. De Methodo, ibid. p. 1107.

V. 12-16. Θαυμάζω — κατηγορεῖν... Hæc expiscari conatus sum, adjuvante Aristot. Rhet. II, 23: Ἄλλος (subintell. τόπος), ἐπειδὴ ἐπὶ τῶν πλείστων συμβαίνει, ὥσθ' ἕπεσθαί τι αὐτοῖς ἀγαθὸν καὶ κακὸν, ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦντος προτρέπειν ἢ ἀποτρέπειν, καὶ κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι, καὶ ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν..... Ὁ τόπος οὗτός ἐστιν ἡ Καλλίππου τέχνη. Idem, ibid.: Ἄλλος, κοινὸς καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι καὶ τοῖς συμβουλεύουσι, σκοπεῖν τὰ προτρέποντα καὶ ἀποτρέποντα, καὶ ὧν ἕνεκα καὶ πράττουσι καὶ φεύγουσι... Καὶ προτρέπονται δ' ἐκ τούτων, καὶ ἀποτρέπονται ἐκ τῶν ἐναντίων· ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ κατηγοροῦσι καὶ ἀπολογοῦνται· ἐκ μὲν τῶν ἀποτρεπόντων, ἀπολογοῦνται· ἐκ δὲ τῶν προτρεπόντων κατηγοροῦσιν. Ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος, ὅλη τέχνη ἥτε Παμφίλου καὶ ἡ Καλλίππου.

V. 17. Τραγικεύεται... Scripsi τραγικεύεται, ad mentem Cic., De Orat. I, 51: « Neque vero *istis tragœdiis* tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor, quod ista dixisti. »

V. 17-18. Ἑνὶ λόγῳ λέγειν... In Ms.: ЄΝΟΛ.....ΓЄΙΝ h.e. ἐν ὀλίγῳ λέγειν, ubi mendosum aliquid inest. Schol. Platon. Conviv. Bekk. ed. Lond. 1826, t. IX, p. 52: Ὡς ἔπος εἰπεῖν— ὡς φαίνεται, ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν. Τοῦτο σχηματίζεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ὡς εἰπεῖν ἔπος, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν... Οἱ δέ φασιν ἀντὶ

τοῦ ὡς φαίνεται κεῖσθαι, ἢ ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν. Quem citans Blomfield., Glossar. in Æschyl. Pers. v. 720, addit: « ὡς ἑνὶ λόγῳ, ut in Phædon., p. 65, ed. Wyttenbach. Corruptius Phavorinus: ὡς ἐν ὀλίγῳ, errore satis obvio. » De confusione ἐν ὀλίγῳ et ἑνὶ λόγῳ, cf. Not. in Platon. Phædon. Bekk. l. l. t. V, p. 316. Unde liquebat apud Philodemum pro ἐν ὀλίγῳ λέγειν, legendum esse: ἑνὶ λόγῳ λέγειν.

V. 18-19. Ἀμφιβολίας... Aristot. Rhet. III, 5, tradit quem ad finem ἀμφίβολα adhiberi possint: Ἓν μὲν δή, τὸ εὖ ἐν τοῖς συνδέσμοις. Δεύτερον δὲ, τὸ τοῖς ἰδίοις ὀνόμασι λέγειν, καὶ μὴ τοῖς περιέχουσι. Τρίτον, μὴ ἀμφιβόλοις· ταῦτα δὲ, ἂν· μὴ τὰ ἐναντία προαιρῆται· ὅπερ ποιοῦσιν, ὅταν μηθὲν ἔχωσι λέγειν, προσποιῶνται δέ τι λέγειν.

V. 20-21. Τῶν ἄρθρων φησίν... Idem, de articulorum usu, ibid. 6: Καὶ μὴ ἐπιζευγνύναι, ἀλλ' ἑκατέρῳ ἑκάτερον· τῆς γυναικὸς, τῆς ἡμετέρας. Ἐὰν δὲ συντόμως, τὸ ἐναντίον· τῆς ἡμετέρας γυναικός.

V. 22-23. Ἐπαγορεύοντας... Intelligo illos qui jam dictis aliquid adjiciunt, cf. H. Stephan. Thes. ed. Didot, t. III, p. 1366; videlicet, ut quasi per ἔνστασιν urgeant et instent.

V. 23-24. Συνδέσμους συνανταποδιδόναι... Accurate reddendas esse conjunctiones Isocrates tradidit in libro De Dictione, cujus fragmenta suppeditat Max. Planud. Schol. in Hermog. De Formis, I; Rh. gr. Walz. t. V, p. 469: Δεῖ δὲ...καὶ τοὺς συνδέσμους τοὺς αὐτοὺς μὴ σύνεγγυς τιθέναι, καὶ τὸν ἑπόμενον τῷ ἡγουμένῳ ἀνταποδιδόναι. Sic Aristot. Rhet. III, 5: Ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως, τὸ ἑλληνίζειν. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν πέντε· πρῶτον μὲν, ἐν τοῖς συνδέσμοις.... Δεῖ δὲ ἕως μέμνηται, ἀνταποδιδόναι ἀλλήλοις, καὶ μήτε μακρὰν ἀπαρτᾶν, μήτε σύνδεσμον πρὸ συνδέσμου ἀποδιδόναι τοῦ ἀναγκαίου· ὀλιγαχοῦ γὰρ ἁρμόττει. Contraria docet Demetrius, De Elocutione, LIII, ed. Schneider.: Χρὴ δὲ καὶ τοὺς συνδέσμους μὴ μάλα ἀνταποδίδοσθαι ἀκριβῶς· οἷον τῷ Μὲν συνδέσμῳ τὸν Δέ. Μικροπρεπὲς γὰρ ἡ ἀκρίβεια· ἀλλὰ καὶ ἀτακτοτέρως πῶς χρῆσθαι κτλ.

V. 25. Τοῦτον... Intelligendum esse videtur de Sophista quem confutare Philodemus aggressus est. Similia reperias in Rhetorica, Neapoli edita, ann. 1832, col. V-VI: Ταῦτά τε δὴ

αὐτοῖς περίεστιν ἐκ τοῦ πράγματος, καὶ ἅμα συνδέσμοις ἕπεσθαι προσεχῶς, καὶ πτώσεσιν ἐν τοῖς λεγομένοις.

COLUMNA V.

V. 5-8. Ἐποιήσαντο — οἱ παλαιοί... Hæc ut restituerem, pro versu 5 montrose adulterato, elementis inter versus 4 et 5 exaratis usus sum, ex iis quæ eruditissimus atque sagacissimus Rosinius diserte tradit, in præfat. Philodem., de Music., p. 19 : « Modo aliæ aliis in interjecto spatio linearum impositæ litteræ cernuntur, quod vel argumento est inferioribus deletis superscriptas esse retinendas, vel in infra scripta dictione illas esse inserendas.» Quod si quibusdam hæc emendandi ratio paulo liberior videatur, alteram conjecturam de v. 2 — 8, iis subjiciam : Ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν παραλλαγὴν ταύτην οὐκ ἐκ τῶν σοφιστικῶν τεχνῶν οὗτοι ἐποιήσαντο, τάσδε τέχνας τοιαύτας οἱ διαπονήσαντες. Ταύτας μέν φασιν κατατελέσαι τοὺς παλαιούς· λόγους δὲ πλεῖον ἐμελέτησαν οἱ νεώτεροι κτλ.

V. 7-8. Οἱ παλαιοὶ—οἱ νεώτεροι... Rhetoricæ ortum progressusque narrat Aristot. Sophist. Elench. Cap. XXXIV: Οἱ μὲν γὰρ τὰς ἀρχὰς εὑρόντες, παντελῶς ἐπὶ μικρόν τι προήγαγον· οἱ δὲ νῦν εὐδοκιμοῦντες, παραλαβόντες παρὰ πολλῶν, οἷον ἐκ διαδοχῆς, τῶν κατὰ μέρος προαγαγόντων οὕτως ηὐξήκασι. Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώτους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον καὶ πολλοὶ πολλὰ συνενηνόχασι μέρη· διόπερ οὐδὲν θαυμαστὸν, ἔχειν τι πλῆθος τὴν τέχνην.

V. 12-13. Τέταρτον... Notabilis in primis locus de *quarto* Rhetoricæ genere, cujus meminit Anonymus apud Spengel., Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 184-185: Εἰδέναι χρὴ ὅτι γένος μὲν εἶναί φασι τὴν ῥητορικήν· εἴδη δὲ αὐτῆς οἱ μὲν δύο, πραγματικὸν καὶ ἐπιδεικτικόν· οἱ δὲ τρία· δικανικὸν, συμβουλευτικὸν, πανηγυρικόν. Εἰσὶ δ' οἱ καὶ τέταρτον τούτοις προστιθέασιν, τὸ ἱστορικόν. Ubi Spengel. exclamat: « Utinamne auctorem hujus sententiæ

innominatum Syrianus neglexisset; nam ex *omnium rhetorum* scriptis quæ haud pauca supersunt, quartam hanc speciem *solus* habet Anonymus περὶ ῥητορικῆς apud Galeum, p. 188. » Monuimus, in Dissert. Isagog., p. XXXIX, hujus Anonymi nomen invenisse Cl. Boissonad., inde ab anno 1815. Ex hoc Philodemi libro colligi potest Rufum non solum fuisse apud quem occurrebat hujus quartæ speciei mentio. Quod si Nostri locus minus probabilis videtur, utpote mancus, addam Joann. Siceliot., Schol. in Hermog. De Formis, II; Rh. gr. Walz. t. VI, p. 456: Καὶ οὐ προσεκτέον Θέωνι καὶ Σωπάτρῳ, παρὰ τὴν κοινὴν δόξαν καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, τέταρτον εἶδος τῆς ῥητορικῆς τιθεμένοις. Quod Theoni et Sopatro minime contra opinionem Aristotelis ratum fuisse dicit Anonymus, Schol. in Hermog. De Invent. III, l. l. t. VII, p. 794: Τὸ παρὸν δὲ τοῦτο παράγγελμα οὐ περὶ τῶν ἐναγωνίων ἐστὶ διηγημάτων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἁπλῶς, ἱστορικῶν φημι καὶ πανηγυρικῶν· ἀντιδιαστέλλομεν γὰρ τὸ ἱστορικὸν τοῦ πανηγυρικοῦ, Ἀριστοτέλει ἐξακολουθοῦντες, τέταρτον τοῦτο εἶδος ἐπεισάγοντι ῥητορικῆς.

V. 15-16. Πολιτικῶν—πλημμελημάτων...Quæ definit Doxopat. Homil. in Aphthon. l. l., t. II, p. 559: Κατὰ πόλεων δὲ πλημμελήματα μοιχεῖαι, προδοσίαι, τυραννίδες, καὶ ὅσα οἱ κατὰ πόλεις πλημμελοῦσιν.

V. 24-26. Διαιρετῶς — τάχιστα... In Ms. διαιρετῶς suadebant elementa ΔΙΑΡΕΓΩ, ubi γ ponitur pro τ, quod sæpe fit in Herculan. Volum. Ex elementis ΚΑΛΙΓΡΕΓΕΣ, facile fuit elicere ΚΑΙ ΑΓΡΕΓΕΣ. Deinde, v. 25, ΜΑΛΑΚΑΙΣΙΝ divisi in ΜΑΛΑ et ΚΑΙΣΙΝ, ubi, pro hac voce truncata, in mentem venit scribere, sive ΚΗΦΗΝΙΔΟΥ, sive ΚΗΦΙΝΙΔΟΥ. Nihil enim habet quod offendat Η positum pro ΑΙ, quum hæc millies confundantur. Cephenidis sophistæ vel rhetoris mentionem habes apud Nostrum in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. VI, v. 17—18: Πλὴν μὴν Κηφηνίδης πλούσιος, οὕτως συκοφάνταις πρόσοδος μόνον ἐστὶν κτλ. Ibid., p. 6: » Quis iste Cephenides, vel Cephenedes sophista fuerit, ob scriptorum silentium nobis latet;

cæterum parum honorifice eum Auctor nominat, ut propterea non magni nominis rhetor fuisse videatur.» Unde colligere licet in Philodemi verbis, præcipue col. VI, v. 1—2, σκωμμάτιόν τι inesse.

COLUMNA VI.

V. 6. Δικαιώματα... Troilus, Rhetor. Prolegom. Rh. gr. Walz, t. VI, p. 48: Τὸ Δικανικὸν ἀποδιδοὺς (subintell. Ὅμηρος) τῷ Ὀδυσσεῖ, δεικνὺς ὡς τοὺς ἀγωνιστὰς δεῖ πολλῶν εὐπορεῖν δικαιωμάτων.

V. 6-10. Εἰς δέκα τε—αὐθεντῶν... Tam multa desunt ut, quamquam in h. l. restituendo plurimum temporis a me sit consumtum, tamen nescio an satius fuisset hæc in medio tamquam desperata reliquisse. Quod ad εἰς δέκα—πρὸ αὐτῆς αὐθεντῶν adtinet, legendus Schol. Aristophanis, Plut. v. 277. Apud Athenienses olim duæ curiæ fuerunt: altera περὶ τῶν φονικῶν, id est de capitalibus causis, pronuntiabat. Sedes hujus Ἀρειόπαγος. Judices qui perpetuum magistratum gerebant dicebantur Ἀρεοπαγῖται. Altera judices annuos habuit, qui tractabant τὰ δημοτικά, i. e. publicas causas. Erant a principio quinquaginta, unde vocabantur τῶν πεντακοσίων βουλή. Quum autem jurisdictio in tanto numero judicum erat impeditior, visum est ex quinquaginta illis decem tantum quotannis eligere; rursus unum ex decem viris illis creandum qui reliquis novem præesset: hic Ἄρχων appellabatur, alii Πρόεδροι. Electio hoc modo fiebat: decem litteræ ab α usque ad κ sigillatim in tabellis expressæ in καδίσκον, h. e. sitellam vel urnam confuse injiciebantur, unde ordine eductæ in singulos distribuebantur. Cui α contigisset Ἄρχων erat: reliquis ordo litterarum in judicando ordinem designabat locorum. Ductis sortibus præco virgam dabat jurisdictionem sortitis, quo gestamine insigniti et in curiam proficiscebantur et de curia abibant.

Hæc me adduxerunt, ut scriberem: εἰς δέκα τε ἄνδρας ἑκάστης φυλῆς φασι ἐλθόντας κτλ.

V. 13 - 15. Καθ' ἁπλᾶς — προσφερομένων ... Hæc me diu suspensum tenuerunt quum de verbis, tum de sensu. Verba restitui, conjecturis fretus quas suadebant litteræ superstites atque ipsa spatii ratio. Διανοήσεις significare arbitror idem quod διανοίας, sicut apud Plutarch. De Solertia Animal., t. X, p. 9-10, ed. Reisk. : Τούτων γὰρ οὐδὲν, ὅ τι μὴ λογικόν ἐστι, καὶ πάντα τοῖς ζώοις ὑπάρχει πᾶσιν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὰ περὶ τὰς νοήσεις, ἃς ἐναποκειμένας μὲν ἐννοίας καλοῦσι, κινουμένας δὲ διανοήσεις. Cf. H. Stephan. Thes. ed. Didot. t. II, p. 1253. Κατανοήσεις interpretor *altas rerum comprehensiones* vel *cognitiones*. Quod si Philodemus in his vocibus paulo subtilior esse videatur, consulto rem ita evenisse vero simile esse dicam : nimirum voluit, quasi proposito exemplo, manifestam facere sophistarum nimiam de affectato verborum assonantium exitu curam.

V. 20. Ἀτοπίας... Obvia est hæc vox apud rhetores; Anonym. Prolegom. in Hermog. Rhetor. l. l., t. IV, p. 10 : Ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ τὸ λέγειν τὰ τοιαῦτα πάσης ἐστὶν ἀτοπίας ἀνάμεστον· ἄλλως τε δὲ καὶ παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἄλλως λέγονται καὶ ἄλλως νοοῦνται.

COLUMNA VII.

V. 1-3. Τὸν Φοίνικα—Ὅμηρος... Id quod Phœnix ipse narrat apud Homer. Iliad. IX, 438-443 :

> ....Σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεὺς
> Ἤματι τῷ, ὅτε σ' ἐκ Φθίης Ἀγαμέμνονι πέμπεν
> Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο,
> Οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσιν.
> Τοὔνεκά με προέηκε, διδασκέμεναι τάδε πάντα,
> Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Cic. De Orat. III, 15 : « Ut ille apud Homerum Phœnix, qui se a Peleo patre Achilli juveni comitem esse datum dicit ad

bellum, ut illum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum. »

V. 10. Μηδένα ἧφθαι... In Ms.: [ΜΗ / ΕΙ ΓΑΛΕΦΟΑΙ. Si quibus magis arridet, μὴ πᾶν ἧφθαι, libenter assensu meo comprobo.

V. 12. Οὗτος... Ib.: Ο7.... h. e. οὗτος. Quod si hoc e præcedenti οὕτως ortum videatur, legere erit αὐτός, nimirum Sophista quem Noster ubique confutat.

V. 16. Στεφάνου... Plutarch. in Pericl. XXVIII: Ὁ δὲ Περικλῆς καταστρεψάμενος τὴν Σάμον, ὡς ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, ταφάς τε τῶν ἀποθανόντων κατὰ τὸν πόλεμον ἐνδόξους ἐποίησε, καὶ τὸν λόγον εἰπὼν, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐπὶ τῶν σημάτων ἐθαυμαστώθη. Καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος, αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο, καὶ στεφάνοις ἀνέδουν καὶ ταινίαις, ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον· ἡ δ' Ἐλπινίκη προσελθοῦσα πλησίον· ταῦτ', ἔφη, θαυμαστὰ, Περίκλεις, καὶ ἄξια στεφάνων.

V. 21-23. Τάχα—τὰς διατριβάς... Inter Gorgiæ discipulos Periclem nonnulli annumeraverunt, his nixi Philostrati verbis, Vit. Soph. lib. I, p. 497, ed. Morel.: Ὁ δὲ, οἶμαι, καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀνηρτήσατο, Κριτίαν μὲν καὶ Ἀλκιβιάδην νέω ὄντε· Θουκυδίδην τε καὶ Περικλέα ἤδη γηράσκοντε. Quos refutans Spengel., Συναγωγὴ τεχνῶν p. 64-68, demonstrat, Periclis tempore, eloquentiam siculam ignotam fuisse Athenis.

Quod si minime audiendi sunt ii qui Periclem e Gorgiæ placitis copiam dicendi hausisse contendunt, id tamen constat apud Græcos, priusquam Siculorum schola Athenas venisset, oratoriam artem emersisse, opera sophistarum qui rebus ad exercendam eloquentiam commodis incubuerunt. Cf. Dissert. Isagog. p. XXXV-XXXVII. Neque mirum est, arte oratoria jam tum increscente Grammaticæque excitante studia, nonnullos ad ætatem Periclis Rhetoricæ exordia revocasse. Quod ad Thucydidem adtinet, eum sectatum esse Prodicum Antiphontemque docet Schol. in Duker. annotat. p. 648. Unde colligere possumus, Periclis Thucydidisque tempore, de Grammatica atque Rhetorica nonnulla fuisse inchoata.

V. 23-25. Ἰσχυκέναι—εἰ μή τις τῶν... Hæc in Ms. ita exhibentur, litteris quas uncis includo, in margine exaratis: ΙC[Χ7Κ]ΘΝΑΙΔΕΟ7ΔΕΙ ΜΗΤΙCΛΗω. Ubi ΙCΧ7ΚΘΝΑΙ=ἰσχυκέναι, quum Θ et Ε sæpe confundantur; cf. col. X, v. 24; col. XXVI, v. 1; col. XXXVII, v. 7; col. XLI, v. 10; Koen., in Gregor. Corinth. de Dialect., p. 411. V. 24, Ο7ΔΕΙ=οὐδεὶς εἰ, facili lapsu, propter similitudinem sonorum concurrentium ΕΙC, ΕΙ. Ex elementis [ΛΗω], levi mutatione, elicias ΛωΗ=τῶν, namque Τ et Λ; Η et Ν in Hercul. Volum frequenter permutantur.

COLUMNA VIII.

V. 2-3. Μετὰ—διατριϐῶν... Hæc interpretatus sum, quasi Auctor dixisset: μετὰ τὸ ἰσχῦσαι τὰς διατριϐάς.

V. 4-6. Τῶν, πρὸ τοῦ—διαλεχθέντων... Noster, col. VII, v. 21-23, meminit illorum qui rhetoricas exercitationes, Periclis Thucydidisque ætate, exordium habuisse arbitrabantur. Nunc innuit oratores qui floruerunt, priusquam Rhetorica in lucem prodiret, de quibus Cic. Brut. VII: « Opinio est et eum qui, multis annis ante hos (h. e. Periclem Thucydidemque) fuerit, Pisistratum et paulo seniorem etiam Solonem, posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. Post hanc ætatem aliquot annis, ut ex atticis monumentis potest perspici, Themistocles fuit, quem constat quum prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse.... Cleonem etiam temporibus illis, turbulentum quidem illum civem, sed tamen eloquentem constat fuisse. Huic ætati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes. » Eorum omnium eloquentiam

describit, ibid. : « Quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis..... intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, et ob eam ipsam causam interdum subobscuri. » Narrat Rhetoricæ ortum, ibid. VIII : « Sed ut intellectum est quantam vim haberet accurata et facta quodam modo oratio, tunc etiam magistri dicendi multi subito exstiterunt. » Cf. Plutarch. Themistoc. II.

V. 8-9. Ἀγορεύοντες... In Ms.: ΑΓΗЄ7. . ΤЄС. Nemini dubium videbitur, quin Η ponatur pro ΟΡ, lacunaque expleri debeat per litteras ΟΝ. Quod ad ἀγορεύειν adtinet, audiendus Doxopat. Prolegom. Rhetor. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 8-9 : Τὸ δὲ ἀγορεύειν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἐν λόγοις καὶ βουλαῖς ἔχειν τὰ τοῦ δήμου πράγματα.

V. 10. Διατριβικῶν... Hanc vocem quæ in Lexic. deerat, addiderunt DD. Edit. H. Stephan. Thes., t. II, p. 1359, ed. Didot., e Polyb. Excerpt. p. 395, ed. Mai. : Εὔηθες καὶ μειρακιῶδες, καὶ διατριβικὸν φαίνεται. Ibid., p. 401 : μειρακιώδεις καὶ διατριβικοί. Quibus in locis arbitrantur significare *scholasticum*, cf. Philodem. col. X, v. 14. Significat quoque *illum qui exercitationibus rhetoricis incumbit*, sicut h. l. interpretor. Vide Rhetoric. Neapoli editam, ann. 1832, col. XII, v. 26-32 : Τὸν μὲν τοίνυν διατριβικὸν ῥήτορα πῶς ἂν λέγοιμεν, καθόσον ῥήτωρ, ἀγαθὸν ἂν γενέσθαι πολιτικὸν, ὅς γε οὐδ' ὅλως πολιτικὸς εὑρίσκετο, καθόσον ῥήτωρ ;

V. 15. Οὗτος... Videlicet Sophista quem confutare Philodemus aggressus est.

V. 16. Καπανεύς... Quemnam Noster Capaneum appellaverit investigandum est. Agitur de audacia eorum qui non dubitabant opponere oratori copiam dicendi adepto per multam in eloquentia insumtam operam, Capaneum viribus naturæ fretum, neque aliis imparem, quamquam per se doctum, h. e. Αὐτοδίδακτον, qualis fuit ille homericus Phemius, Odyss. XXII, 347. Ad mythica tempora confugi, ubi occurrit Evadnes maritus ; unus e sep-

tem ducibus qui Thebas obsederunt, ante omnes ferocia et temeritate insignis; qui fulminis ictu cecidit, quia contra Jovis voluntatem hanc urbem se capturum esse jactitabat. Quid si, h. l. per Capaneum ἀλληγορικῶς designari dixerim oratores illos, qui suo ingenio confisi, opem artis dedignabantur; seque, neglecto labore, summam eloquentiam assecuturos esse dictitabant? Solemnis apud veteres ille mythicarum imaginum usus; cf. Platon. Phædr. Bekk., ed. Lond., 1826, t. I, p. 166-167: Τί δαί; τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα, εἰ ἀκούσειαν ὧν νῦν δὴ ἡμεῖς διῇμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων, βραχυλογιῶν τε καὶ εἰκονολογιῶν καὶ ὅσα ἄλλα διελθόντες ὑπ' αὐγὰς ἔφαμεν εἶναι σκεπτέα κτλ. Variant interpretes: satis probabiliter Heindorf. docet significari aliquem prioris ævi oratorem qui, absque rhetorum artificiis, dicendi arte polleret; Adrastum nempe, quem e temporibus omnium figurarum rudibus, siculis Plato opponit rhetoribus. Cf. Protagor. l. l., p. 269, ubi Hippiæ sophistæ avaritiam tangere videtur, Tantali appellatione, adludens ad Homer. Odyss. XI, 582:

Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον, χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα.

V. 24. Κατὰ τὸν λόγον... H. e., *rationabiliter*, sicut De Music. col. IV, v. 29: Καὶ μὴν νῦν διὰ μισθωτῶν ἀνθρώπων, καὶ πολλὰ τερετίζειν ἐμπειρίας, κατὰ τὸν λόγον, πρὸς τιμὴν τοῦ Θείου συνεργεῖν. Cf. Rhetoric. Neapoli editam, ann. 1835, col. VI, v. 6.

COLUMNA IX.

V. 1-5. Διόπερ — ἢ ἀπαιδεύτως... Ea quæ scripsi Ms. nitide exhibet: hoc in causa fuit cur sollicita diligentia omnia retinerem. Adludere Noster videtur ad sophistas qui de omni re, quæcumque in disceptationem vocaretur, se copiosissime dicturos esse profitebantur; sive essent instituti liberaliter educatione, doctrinaque puerili; sive scientia atque exercitatione minime valerent. Similia de antiquis

sophistis, e Platonis Gorgia, tradit Cic. De Orat. III, 32: « Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus, semperque esse in omni orationis ratione versatos. » De re audiendus Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz., t. IV, p. 41: Τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων τέχνην ῥητορικὴν βεβαιούντων αὐτὸς οὗτος ὁ προειρημένος σοφιστὴς ἀλόγῳ τριβῇ ταύτην κατορθοῦν διετείνετο.

V. 13-16. Οὐ πεπαιδευμένων—διατριβαῖς... In Ms.: **ΔΙΑ-ΤΡΟ.Ν.** Cogitaveram de διατροφαῖς, vel potius ἀνατροφαῖς, idem significante atque τροφαί, h. e. *documenta quæ tradit educatio*; id quod reperias apud Platon. Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 179: Παντάπασι γὰρ, ὃ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν τοῦδε τοῦ λόγου, ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι δικαίων ἢ ἀγαθῶν περὶ πραγμάτων, ἢ καὶ ἀνθρώπων γε τοιούτων φύσει ὄντων ἢ τροφῇ, τὸν μέλλοντα ἱκανῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι. Quid inter τροφήν et ἀνατροφήν intersit, explicat Doxopat. Homil. in Aphthon. Rh. gr. Walz. t. II, p. 429. Cf. Euripid. Iphigen. Aulid. v. 551, ed. Boissonad.:

> Τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι
> Μέγα φέρουσιν εἰς ἀρετάν.

Scripsi διατριβαῖς, quod minus temerarium visum est. Ad rem apprime facit Isocr. Adv. Sophist. VIII, ed. Coray.: Εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον κατηγορῆσαι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ δηλῶσαι διάνοιαν, ἡγοῦμαι πάντας ἂν μοι τοὺς εὖ φρονοῦντας συνειπεῖν, ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν φιλοσοφησάντων ἰδιῶται διετέλεσαν ὄντες, ἄλλοι δέ τινες οὐδενὶ πώποτε συγγενόμενοι τῶν σοφιστῶν, καὶ λέγειν καὶ πολιτεύεσθαι δεινοὶ γεγόνασιν.

V. 21. Χρυσὸς ἦν ἄν... Kuster. in Eunap. fragm. § 18, p. 510, ed. Boissonad.: « Elegans est proverbium, quod dicitur de re quadam expetenda et alteri longe præferenda. » Cujus notam integram non describit Cl. Eunapii Editor, ideo quod sua Kuster. sumsit e Valesianis quæ ipse exhibet, p. 482. Cf. Wyttenbach. ad Phædon. p. 181; Blomfield. Glossar. ad Choeph. 366; Boissonad. in Euripid. Troad. 440.

V. 25-26. Καὶ—διαφεύγειν... Hæc e Cl. Passov. recitat H. Stephan. Thes. ed. Didot., t. III, p. 219.

V. 26. Κάμπρεπές... In Ms.: **ΚΑΝΓΡΟΓΕC**, ex quo facile erat elicere **ΚΑΜΓΡΕΓΕC**, ubi in syllaba **ΚΑΜ** latet **ΚΑΙ ΑΜ**, ut **ΚΑΜΓΡΕΓΕC** sit pro καὶ ἐμπρεπές. Quod adtinet ad **Ο** pro **Є**, hæc sæpissime permutantur in volum. Herculan.

COLUMNA X.

V. 4. Ἐπεσκεμμένους... Hæc vox usitatissima est apud rhetores; satis erit pauca afferre exempla. Hermog. De Statibus, I, Rh. gr. Walz., t. III, p. 9: Τοὺς δὲ μήπω.... εἰς τὰ λεγόμενα κεφάλαια τῶν ζητημάτων ἐπεσκεμμένους. Cf. Eumdem, ibid., III, l. l. p. 32. Idem significat ἐσκεμμένος, De Formis, II, l. l., p. 343. Longinus, De Sublim., XVIII, ἐσκεμμένα vocat *commentata* sive *meditata*: Οὕτως τὸ σχῆμα τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως, εἰς τὸ δοκεῖν ἕκαστον τῶν ἐσκεμμένων ἐξ ὑπογυίου κεκινῆσθαί τε καὶ λέγεσθαι τὸν ἀκροατὴν ἀπάγον.

V. 8-9. Καὶ ποιηταῖς... In Ms.: **ΚΑΙΝ.ΟΗΤΑΙC**. Censui scribendum esse καὶ ποιηταῖς, nisi prætuleris ποηταῖς, ex iis quæ annotantur apud Philodem. De Music., col. VI, v. 6. De forma ποιεῖν et ποεῖν legendi Buttmann. Gr. gr., vol. II, p. 384; Boissonad. in Theocrit. p. 240; Sinner. in Aristoph. Nub. p. 110.

V. 10-11. Τῶν σοφιστῶν τῇ ὀρθοεπείᾳ... Quum latæ significationis sit vox ὀρθοέπεια, cf. Ernesti., Lexic. Technol. gr. Rh. p. 234, exponendum est quid h. l. intelligam per verba τῶν σοφιστῶν τῇ ὀφθοεπείᾳ. Heindorf., Annotat. in Platon. Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 162, recitat aptamque esse arbitratur explicationem Schol. in Anecdot. Siebenk. p. 70: Ὀρθοέπεια, τούτεστι κυριολεξία· διὰ γὰρ τῶν κυρίων ὀνομάτων μετήρχετο ὁ Πρωταγόρας τὸν λόγον καὶ οὐ διὰ παραβολῶν καὶ ἐπιθέτων. Ex iis autem quæ monui, Dissert. Isagog., p. XXXVI-XXXVIII, colligi potest Protagoram, Prodicum Ceum, Hippiam Eleum, qui grammaticis rebus curam impenderunt, attigisse multa quibus constabat *recta dicendi ratio*, quæ pro-

fecto fuit prior et sana ὀρθοέπεια. Cæteri sophistæ, inde a Polo, poeticum vestitum, numeros dulces vel effœminatos, figurarum immodicum usum, poetarumque dictionem in solutam orationem importarunt. Quam ob causam hoc ita factum sit docet Aristot. Rhet. III, 1 : Ἐπεὶ δὲ οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη, διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν πορίσασθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου· καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων τοὺς τοιούτους οἴονται διαλέγεσθαι κάλλιστα. Τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί. Hæc dictionis pigmenta Philodemus εἰρωνικῶς, ut opinor, vocabat τὴν τῶν σοφιστῶν ὀρθοέπειαν, voce pejorem in partem accepta, ut significaret nimium affectatas in dicendo delicias et festivitates, quas sophistæ existimabant ὀρθοέπειαν esse κατ' ἐξοχήν. Quam conjecturam ut obfirmem, addam judiciale deliberativumque genus ante demonstrativum exstitisse, veteresque artium scriptores judiciale genus in primis tractasse; vide Spengel. Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 12 sqq.; 182-188. Idem fecerunt sophistæ, quamvis ostentationi studerent ante omnia. Antiphon, sophistarum scholis egressus, eorum artificia accepit et probavit, quum in arte rhetorica quam evulgaverat, tum in orationibus. Veri simile est Thucydidem quoque nonnulla mutuatum fuisse a sophistis. Quid proinde mirum, si oratores, etiam quum in foro atque in judiciis versabantur, tempore cujus Noster meminit, sophistarum vestigia secuti fuerunt? Haud absimilia tradit Cic., Orat. XXVII : « Est enim quoddam insigne et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum *e sophistarum fontibus defluxit in forum* etc. »

V. 17-18. Προεκπιπτόντων... Eumdem in usum ἐκπίπτειν adhibuerunt Syrianus atque Sopater, Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz., t. IV, p. 210 : Ἐκπίπτουσι γὰρ τοῦ στοχασμοῦ, ὅ τε παράδοξος καὶ ὁ ἀπὸ γνώμης καὶ οἱ ἀντεγκληματικοί, καὶ οἱ ἀτελεῖς ἐκ πραγμάτων κτλ.

V. 19. Τούτους... In Ms. ΤΟΥΤΟΥΣ pro τούτους esse nemo diffitebitur.

V. 20. Ἐν τοῖς πλαστοῖς.. Philodemus, De Music., col. XXIII, v. 5-7, contendit pictorum fictorumque artem habere analogiam ad Criticam, Grammaticam, Poesim, Histrionicam. Cf. Schol. ibid., p. 100. Sic junguntur πλάσσω atque γράφω apud Lucian. Imagin. XXIII: Ἀναμίξαντες ἤδη τὰς εἰκόνας, ἥν τε σὺ ἔπλασας τὴν τοῦ σώματος, καὶ ἃς ἐγὼ τῆς ψυχῆς ἐγραψάμην.

V. 21-22. Ἀστοχάστους... Vox Lexicis inserenda. Idem significat quod ἄστοχος.

V. 25. Addidi περί, quod Grammatica requirebat.

COLUMNA XI.

V. 1. Τοὺς δὲ φιλοσόφους... Loquentem audis Epicuri discipulum, infensum rhetoribus (cf. Dissert. Isagog. p. CII, sqq.), quos asserit ab omni meditatione fuisse alienos; philosophos autem ait esse σκεπτικωτάτους. Quam ob causam sophistas deseruerit Epicurus, narrat Sext. Empir. Adv. Mathem. X, 18: Ὁ μὲν γὰρ εἰπών—εἴπερ αὐτοὶ τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν ἴσασιν. Cf. Diog. Laert. X, 2.

V. 7-20. Τὸ γὰρ αὖ—ἔφη... Hæc transcribens sic ut in Ms. exhibentur, uncis includo litteras quæ in margine exarantur: ΤΟΓΑΡΑ7 [Γ] ΡΙΤѠ....ЄΙΤΙ ѠΝΓ[ΡΑ Γ]ΜΑΤѠΝΤ 7Τ ΛЄ[ΓЄΙΝΑ]7ΤΟΝ7ΓΑ ΗΟ7..ΜЄΙΝ [ΓΑΛΙ]ΗΟ7ΚЄΓΙΤΟЄΓЄ .... ΤΑ[Θ7ΓΟΔ] ΙΓΜΑΤΑ............ЄΙΤΗ [ΛЄΞЄΙ] ΛΧЄΙCΙΑCΓΑΟΜΗΘЄΙC[ΚΑΙΓΡΟ] ΑΓΟΡЄ7ѠΝΤΗΝΔΙΑΦЄ7[ΞΙΝΑ7Ί]ѠΝ ΟΡΘΟЄΓЄΙΑΝΟ7 [ΜΗΝΑΛ] \ΑΤΟ7CΡΗC CΡΑCЄΙ [ΚΑΤΟΡC] 7ΝЄΝΤΟΙCΡΗΤΟΡΙΚΟΙ C [ЄΛЄΓ] ΤΙΓΡΟCΤΟ. ΔΙΑΛЄΚΤΙ [ΚΟΝЄ] ЄΤЄΝΟ7Ί ЄΛЄΙΧΟΝ[ΓΟΙΟ7]ΜЄΝ ΦΗ. In mentem mihi venerat scribere: Τὸ γὰρ αὖ περὶ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ταὐτὰ λέγειν αὐτὸς ὑπακούων μέλλειν, πάλιν οὐχ

ἐπὶ τὸ ἔπειτα τάδ' ὑποδείγματα ἀποφέρει, ἐν τῇ λέξει ἀχειρίας πάσας τιθεὶς, καὶ προσαγορεύων τὴν διάφευξιν αὐτῶν ὀρθοέπειαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς ῥήτορας εἰ κατορθοῦν ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἔλεγε, τί πρὸς τὸν διαλεκτικὸν ἔλεγεν οὗτος· (ἔλεγχον ποιουμένῳ γὰρ ἔφη προσδεήσεσθαι τῆς ῥητορικῆς), ἢ πρὸς κτλ. Quum vero paulo impeditiora viderentur verba οὐ μὴν ἀλλὰ—ποιουμένῳ, ad alteram conjecturam confugi. Ex iis quæ restitui videtur Noster carpere Sophistam de rebus politicis eadem se dicturum esse jactitantem; nequaquam vero stantem promissis. Εἰρωνικῶς addit: ἐν τῇ λέξει ἀχειρίας πάσας τιθεὶς κτλ. Epicurei Rhetoricam politica Arte longe inferiorem existimabant, cf. Dissert. Isagog. p. CIII-CVI; in quo peripateticorum sententiam sequebantur. Apud eos enim id moris fuit, ut, temporis argumentive habita ratione, eosdem quos lacessiverant auxilio vocarent: neque est quod miremur si Philodemus, Aristoteli infensus, suum tamen in usum adhibuerit ejus doctrinam de rebus ad genus deliberativum pertinentibus, Rhet. I, 4; quamvis Stagirites alibi pronuntiet Rhetoricam esse tamquam agnatum quiddam Politicæ et Dialecticæ. Cui assentitur Fr. Baco de Verulam., De Dignitate et Augmentis Scientiar. VI, 3. In v. 15-19, verba Οὐ μὴν ἀλλὰ—ἐστίν dicta videntur in Stoicos. Nisi fallor, ad enodandam difficultatem non parum facit Aristot. Rhet. I, 4: Ὅπερ γὰρ—τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις. Cf. Ibid. I, 1: Ὁ γὰρ σοφιστικὸς—κατὰ τὴν δύναμιν. Stoici suam de Rhetorica doctrinam mutuati erant præcipue ab Aristotele; conjiciam inde factum esse ut, Stagiritæ exemplo, dolerent quod Ars oratoria nonnunquam ad sophistarum rationes accederet; adeo ut ea quæ rhetoribus bene succedebant, arbitrarentur vituperationi esse Dialecticorum Arti quam definiebant: Ἐπιστήμην ἀληθῶν καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων. Cf. Diog. Laert. VII, 42; Sext. Empir., Adv. Mathem. XI, p. 724; Pyrrhon. Hypotypos. II, p. 88, 123, ed. Fabr.

Τὸ διαλεκτικόν pro ἡ διαλεκτική occurrit apud Platon. Sophist. Bekk., ed. Lond. 1829, t. IV, p. 440: Ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι.

V. 23-26. Τεχνίτας—ἀσκοῦσι... Vulnera lacunasque, ut

potui, attigi. In Ms. atque in margine exhibentur elementa: ΤΑΘΑΟϹϢϹ. Syllabam ΤΑΘ habui pro ΤΑϹ (sæpe enim confunduntur Θ et Ϲ), accusativique desinentiam esse ostendebant syllabæ ΤϾΧΝϾΙ, quæ occurrerunt in v. 23: scripsi ΤϾΧΝϾΙΤΑϹ = τεχνίτας. Neque audacior profecto videbor mutando ΑΟϢϹ in ΟΛΩϹ. Nam, mutatione levi, ΑΟϢϹ=ΟΑϢϹ, unde facile est elicere ΟΛΩϹ, quum ubique permutentur Α et Λ.

Nullus dubito quin, v. 24, ΤΑ...ΤΛΙΑ sit pro ΤΑ ϹΧϾΤΛΙΑ. Haud absimilia suppeditat Plato, in Gorg. Bekk. l. l., t. III, p. 196: Σχέτλια λέγεις καὶ ὑπερφυῆ, ὦ Σώκρατες. Vide quos ibi citat Heindorf. In v. 25, πόσοι paucitatem significare arbitror, sicut apud Cic. Tuscul. II, 4: « Quotus enim quisque philosophorum invenitur qui sit ita moratus, ut ratio postulat. » Quod vertit Forcellin. III, p. 663, ed. Patav. 1771: *quanto pochi sono i Filosofi, che*, etc.

COLUMNA XII.

V. 1-3. Φίλωνα — τῆς σκευοθήκης... De Philone architecto Plin. H. N. VII, 38: « Laudatus est et Chersiphron Gnossius, æde Ephesiæ Dianæ admirabili fabricata; Philon, armamentario mille navium. » Addam Strabon., IX, p. 272, ed. Casaub. 1587: Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο, καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνουχία παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη Φίλωνος ἔργον· ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔστελλον Ἀθηναῖοι. Etsi nihil compertum habemus de tempore quo Philon floruerit, veri simile est armamentarium illud factum fuisse tempore Lycurgi oratoris. Cf. Orell. Onomastic. Tullian. in voc. Philo; Jul. Sillig., Catalogus Artificum.

Rem ad quam Noster adludit, narrat Cic. De Orat. I, 14: « Neque enim, si Philonem illum architectum, qui Atheniensi-

bus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est, architecti potius artificio disertum quam oratoris fuisse. » Pressius Valer. Max. VIII, 12 : « Gloriantur Athenæ armamentario suo, nec sine causa; est enim illud opus et impensa et elegantia visendum. Cujus architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suæ in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiæ ejus quam arti tribueret. » Athenis a Sylla captis, armamentarium illud flammis consumtum est ; Plutarch., in Sylla, XIV. Cf. Dissert. Isagog. p. XXVIII, not. 89.

V. 3. Οὗτος αὐτός... Hæc sæpe junguntur, sed eumdem ordinem non semper servant. Sopat. Quæstion. Divis. Rh. gr. Walz. t. VIII, p. 278 : Τοιγαροῦν καὶ οὗτος αὐτὸς ληφθεὶς καὶ μέλλων κολάζεσθαι, οὐκ οἶδα πῶς ἀπάτῃ καὶ ψευδολογίᾳ διέφυγεν. Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus, l. l., t. IV, p. 41 : Τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων τέχνην ῥητορικὴν βεβαιούντων, αὐτὸς οὗτος ὁ προειρημένος σοφιστὴς ἀλόγῳ τριβῇ ταύτην κατορθοῦν διετείνετο. Cf. Platon. Protagor. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 280; 324.

V. 6-7. Ἰσχυροποιήσαντες... In Ms.: ΙCΧ7ΡΟΠΟ....... ΝΤΕC. Suadebat sensus ut lacunam explerem per ἰσχυροποιήσαντες. Cf. Syrian. Quæstion. Divis. l. l. p. 7 : Ἡ τῶν ἐλέγχων ἀπαίτησις σκοπὸν ἔχει τὰ μὴ προσόντα τῷ κεφαλαίῳ ἀεὶ ἰσχυροποιεῖν. Ibid., p. 10 : Ταῦτα δὲ πάντα ποιήσεις ἰσχυροποιῶν τοὺς μάρτυρας, τὰ δὲ εἰκότα διαβάλλων.

V. 7-8. Ἐν σπουδῇ — ἐνεβίωσαν... Hand absimili modo ἐμβιοῦν cum τέχνῃ jungit Themist. Orat. XXX, p. 351, quem citat H. Stephan. Thes. ed. Didot, t. III, p. 813 : Οὐδὲν ἀνθρώποις οὕτω ἀλυσιτελές ἐστιν ὡς γηπονίας τε ἐπιμεληθῆναι καὶ ἐμβιῶναι τῇ τέχνῃ.

V. 13-14. Ἦν τῶν ἡμετέρων... In Ms.: ΤΟΜΕΡΩΝ, pro quo posui τῶν ἡμετέρων, ut sibi constet sententia. Ἡ τοσαύτη ἕξις ironice dictum fuisse videtur. Quod enim tanti faciebant sophistæ, id a philosophis totum abjudicari, utpote dignitate sua alienum, Noster gloriatur.

V. 14. Ἐν ταῖς τέχναις... In Ms. : ΕΝΤ...ΤΕΧΝΗC,

ubi præpositio ἐν non sinit dubitare quin T... sit pro ταῖς. Hoc me impulit, ut ΤΕΧΝΗΣ mutarem in τέχναις, quum ΗΣ et ΑΙΣ sæpissime confundantur; pauca exempla citare satis sit: Cl. Boissonad., not. in Euripid., t. I, p. 309: ἐπ' ἀκτῆς et ἐπ' ἀκταῖς; idem, t. II, p. 332: πολίταις et πολίτης; Cl. Hase, in Lyd. De Ostent., 100, A: πάσης et πάσαις, etc.

V. 15-16. Πλείστου — ἠξίωσαν... Hæc restitui fretus Dionys. Halic., in Thucyd. III: Οὐδ' ἄλλο τι τοιοῦτον ἔργον οὐδὲν, ἐν ᾧ τὰ μὲν κατορθώματα καὶ τὰς ἀρετὰς οὐδενὸς ἠξίωκα λόγου. In Philodemo, ante τῆς inserui τὰ, ut verba τὰ τῆς ὑποκρίσεως idem significent atque τὴν ὑπόκρισιν. Hoc mihi suasit ταῦτα, v. 16-17.

COLUMNA XIII.

V. 1-2. Τάττειν... Pro ΤΑΓΚΕΙΝ quod Ms. exhibet, posui τάττειν—*præscribere*, suadente Aristot. Rhet. III, 14: Διὸ γελοῖον ἐν ἀρχῇ τάττειν, ὅτε μάλιστα πάντες προσέχοντες ἀκροῶνται. Hunc carpere Noster videtur, quia in Rhetorica Actionem locum habere docet, ibid. III, 1.

V. 3-7. Μαθεῖν — τινές... Tot mendis scatent hæc omnia, in primis v. 5-6, ΚΑΙΔΗΣΑΡΗΜΕΝ7ΛΛΟ.ΗΣΗ... ΔΝΑΙΤΩΣΚΩΣΕΤ.....ΕΛ, ut fortasse fuissent in medio relinquenda. V. 5, scripsi ὑποκριτικῆς, ex Aristot. Rhet. III, 1; Poetic. XIX. Addam Hermog. Rhetor. Prolegom., Rh. gr. Walz. t. IV, p. 7: Αἱ δὲ τῶν τεχνῶν μᾶλλον λόγῳ κέχρηνται, ἧττον δὲ πράξει, ὡς ἐπὶ τῆς ὑποκριτικῆς.

V. 7-12. Καὶ τρίτον — τῇ ῥητορικῇ... Innuit Philodemus Aristotelem, vel Theophrastum qui de Actione scripserat, Diog. Laert., VII, 50; Cic. De Orat. III, 59. Cujus liber quum interierit, lætandum est quod quædam vestigia servantur in Anonym. Rhetor. Prolegom. l. l. t. VI, p. 35-36:

Πλὴν καὶ Θεόφραστος ὁ φιλόσοφος ὁμοίως φησὶν εἶναι μέγιστον ῥητορικῇ πρὸς τὸ πεῖσαι τὴν ὑπόκρισιν, εἰς τὰς ἀρχὰς ἀναφέρων καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καὶ τὴν κατανόησιν τούτων, ὡς καὶ τῇ ὅλῃ ἐπιστήμῃ σύμφωνον εἶναι τὴν κίνησιν τοῦ σώματος καὶ τὸν τόνον τῆς ψυχῆς.

In Ms. crebras lacunas habent v. 7, 8, 9: quas explere adnitenti mihi Aristoteles

Ut regerem gressus, pro duce, fila dedit.

Nam Philodemi verba, v. 7: **ΚΑΤΡΙΤΟΙΕΝ...ΡΙ......Η..** firmat Stagirites, Rhet. III, 1: Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐζητήθη, κατὰ φύσιν, ὅπερ πέφυκε πρῶτον, αὐτὰ τὰ πράγματα, ἐκ τίνων ἔχει τὸ πιθανόν. Δεύτερον δὲ, τὸ ταῦτα τῇ λέξει διαθέσθαι. Τρίτον δὲ τούτων, ὃ δύναμιν μὲν ἔχει μεγίστην, οὔπω δ' ἐπικεχείρηται τὰ περὶ τὴν ὑπόκρισιν. Quæ, v. 9-10, exhibentur misere lacerata **ΚΑΙΝΗΔ.... CΜΕΝΚΑΙCΗΝΕΝ...ΟΑΩΔΙΑ-ΚΛ.....ΔΙΑ**, restitui, eodem adjuvante, l. l.: Καὶ γὰρ εἰς τὴν τραγικὴν καὶ ῥαψῳδίαν ὀψὲ παρῆλθεν· ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοὶ τραγῳδίας οἱ ποιηταὶ τὸ πρῶτον.

V. 12-14. Μακαρίζομεν — τῆς συνέσεως... Similia Noster, habet, De Music. col. IX, v. 35: Καὶ τεχνικωτέρους γε ποιεῖν τὸ μέλος ἐνόμισεν· ἦ μακάριος ἦν τῆς συνέσεως. Horat. Sat. IX, lib. I, v. 11-12:

O te, Bolane, cerebri
Felicem! aiebam tacitus.

V. 19-24. Ἐν τοῖς ἡμετέροις — κοινῆς ὑποκρίσεως... Hunc locum ita restituendum esse indicabant elementa quæ supersunt: **ΕΝΤΟΙCΗΜΕΤΕΡ.. ICΔΕΟ7CAN.** Inde enim facile elicias: ἐν τοῖς ἡμετέροις δὲ (vel γε) οὖσαν. Quid autem hæc significent conjicere in promptu non est. Noster, De Music. col. XXIII, v. 1-2 (cf. Annotat. ibid. p. 100), docet conjunctionem quamdam esse inter Musicam et Histrionicam; quod in causa fuisse videtur cur Philodemus dixerit Actionem locum suum obtinere in disciplinis quibus curam ipse impendit. Præterea, in hac nostri libri columna, v. 22-24, addit: *rhetores sibi arrogare Actionem, quæ communis est.* Actionem autem *communem* dicit, ut quæ cum

cæteris artibus conjungatur. In quo consentit cum Aristotele docente poematis scenicisque ludis Actione opus esse, Rhet. III, 1 : Δῆλον οὖν ὅτι καὶ περὶ τὴν ῥητορικήν ἐστι τὸ τοιοῦτον (h. e. ἡ ὑπόκρισις), ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ποιητικήν. Cf. Ibid. XII. Subjiciam Anonym. Rhetoric. Prolegom. : Ἡ δὲ ὑπόκρισίς ἐστιν, ἵνα καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῷ βλέμματι, καὶ τῇ φωνῇ ὡς ἂν τραγῳδὸς ἄριστος καλῶς τοῖς λεγομένοις συσχηματίζηται. Rh. gr. Walz. t. VI, p. 35.

In Grammatica quoque locum habere Actionem tradit Aristot. Poetic. XIX, XX. Cf. Cl. Seguier. in libro inscripto : La philosophie du langage, exposée d'après Aristote, Paris 1838, in-8°, p. 84-99.

COLUMNA XIV.

V. 4-9. Ἰδόντες — ἀντιποιοῦνται . . . Ea quæ propono conferens attente cum elementis quæ, sive occurrunt in columna, sive in margine disperguntur, non improbabilem habendam esse conjecturam meam satis confido. Quæ sophistis Noster vitio vertit, illa prorsus abhorrent ab Actione exordio accommodata. Qualis esse debeat in hac parte orationis docet Longin. Fragment. VIII : Καθισταμένῳ δὲ τὰς ἀρχὰς πρᾷον τὸ φθέγμα ποιητέον καὶ ἐπιεικές, ἐπὶ τὸν ὄχλον δέ πως καὶ δεκτικὸν, καὶ τοιοῦτον οἷον παρακαλοῦντος καὶ ἐν χρείᾳ καθεστηκότος, καὶ εὐλαβείας ἢ αἰδοῦς μετέχοντος. Quæ Cl. Seguier. hunc in modum refingit, l. I, p. 59 : Καθισταμένῳ δὲ κατ' ἀρχὰς πρᾷον τὸ φθέγμα ποιητέον, καὶ ἐπιεικές, ἐπὶ τὸν ὄχλον δ' ὅμως καταδεκτικὸν, καὶ τοιοῦτον οἷον παρακαλοῦντος, καὶ ἐν χρείᾳ καθεστηκότος, καὶ εὐλαβείας καὶ αἰδοῦς μετέχοντος. Equidem malim καταδεκτικόν pro καὶ δεκτικόν, sæpissime enim καί et κατά permutantur, cf. Dorvill. in Chariton., p. 641. Vulgarem tamen lectionem cod. Par. optimæ notæ, n. 1741, confirmatam, retinendam esse censui. Quod ad νοήματα ῥέοντα adtinet, similia suppeditat Dionys. Halic. De admiranda vi dicendi in Dem. XVIII : Ὑπτία γάρ ἐστι καὶ ἐπαγωγικὴ καὶ περιῤῥέουσα τοῖς νοήμασιν κτλ.

V. 10-13. Μακρὰν — βελτίω. . . Hæc ita exhibentur in Ms. :

ΜΑΧΡΜ Ν ....ΤΙΝωΤ.... C Ν7 .... ΠΙΝ ΔΥΝΑΜ Ν (littera N in margine apponitur) ЄΠЄ ΤΙCΚΝΤΗ CΦ...ΛΟC (in margine inscribuntur litteræ ΟC)ΦΙΑCΒЄΛΤЄΙω (sic, pro βελτίω.)

V. 13-23. Καὶ κατὰ τοῦτο — παρέδοσαν... In hoc restituendo loco multum temporis consumsi, propter difficultatem eliciendi inde sensum non omnino improbabilem. Ms. hiat vasta lacuna, quæ tamen expleri potest per litteras in margine diffusas. Locum transcribo, litteras in margine sinistrorsum appositas rectis uncis includens; curvis autem eas quæ dextrorsum inscribuntur: ΚΑΙΚΑ‾ Ο7ΤЄΜΦΑΝΙΖ ΗΤΟ [ΙΟ]ΤΟΙCΙΔΙΟΝ (ΞΟΧ) ΤЄ [ΔЄΝ]7ΠΟΚ (ΡCΙΝЄCΘΑΙ)Τ‾ΟΙЄΙΝ [ΡΟΝ] ΑΙΤΟ(7CΑΛ ΛΟ7C)ΗΤΟΙCΚ[ΙΚ]Τω(ΝΦΑC. . . .ΜΟΛ) ΝЄCΤΙΝЄ (ΔЄΧΟΜЄΗ)ΗΤΗΝ7ΠΟΤ (7ΘЄΛΟΝΤΟ). ΑΝΤΙCΤΡΟΦ(ΗΝΚΑΝЄΙΠΟ) CΙΝΟΤΙΜΟΝ (ΟΙΤЄΧΝΑC7) ΠЄΡΑ. ΤΗC ΠΑΡЄΔΟ.ΑΝ. A quibus elementis recessi, quam minime potui. V. 14-15, τοιούτοις interpretor τοῖς τῆς ὑποκρίσεως τὴν δύναμιν συνιεῖσι, cf. col. XII, 16-19. Nec est quod miremur sententiam sic in uno verbo contineri, quum id apud Græcos sit usitatissimum. Non absimili modo, haud scio an abruptiora quidem τοιαῦτα et τοιούτους occurrunt apud Aristot. Rhet. III, 12 : Ἔστι δὲ λέξις, γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη· ἀγωνιστικὴ δὲ, ἡ ὑποκριτικωτάτη. Ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ, ἠθική· ἡ δὲ, παθητική· διὸ καὶ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιούτους. Quam ob rem dicit Demetrius, de Elocutione, CXIII : Μένανδρον ὑποκρίνονται, λελυμένον ἐν τοῖς πλείστοις, Φιλήμονα δὲ ἀναγινώσκουσιν. Quod adtinet ad ποιεῖν τοὺς ἄλλους, v. 15 et v. 16, ita loquitur Plato, Phædr. Bekk., ed. Lond. 1826, t. I, p. 167 : Ἡ τοῦτ' ἐκεῖνό ἐστιν ἡ λόγων τέχνη ᾗ Θρασύμαχός τε, καὶ οἱ ἄλλοι χρώμενοι, σοφοὶ μὲν αὐτοὶ λέγειν γεγόνασιν, ἄλλους τε ποιοῦσιν. Cf. ibid., p. 163-164. Idem, in Protagor, idid., p. 347 : Ὅς γε οὐ μόνον αὐτὸς οἴει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι, ὥσπέρ τινες ἄλλοι αὐτοὶ μὲν ἐπιεικεῖς εἰσιν,

ἄλλους δὲ οὐ δύνανται ποιεῖν. In Gorgia, l. l., t. III, p. 159 : Ἐπειδὴ γὰρ αὐτός τε φῂς ῥήτωρ εἶναι καὶ ἄλλους ποιεῖν ῥητορικοὺς, εὖ ἔχει τὰ τῆς σῆς τέχνης παρὰ σοῦ πυνθάνεσθαι.

V. 23-24. Σκιομαχήσουσι... Hoc indicabant in Ms. elementa **ΟΙΑΙΟΜΑΧΗϹΟ7ϹΙ**, ubi, **ΟΙΑΙ=ϹΚΙ**, quum **Ο** et **Ϲ** sæpe, **ΙΑ** et **Κ** nonnunquam permutentur in Hercul. Volum. Retinui σκιομαχήσουσι, etsi multo usitatius est σκιαμαχήσουσι. Vide Ast. Lexic. Platon. t. III, p. 253.

COLUMNA XV.

V. 4-5. Θεματικὰς παρατηρήσεις... H. e. observationes *primitivas*, sive *originales*; quæ fundamentum et origo sunt cæterarum inde derivatarum.

V· 5-8. Ἀπό γε — τὰς διαθέσεις.... In Ms :.... **Γ Є ΤΗϹ ΘΗϹЄωϹ7Γ ...Μ... ΙΦΟΝ ΟΙΑϹΔΕΓΟ ....ΘΛΙ¯...ϹΛϹΑΘЄϹЄΙ**, quæ elementa fere omnia retinui, nisi, v. 6-7, ubi scripsi ὑπὸ τῶν διασαφούντων, quum **..Μ..ΙΦΟΝ** , varie tentata, nullum commodum sensum afferebant. Re iterum atque iterum considerata, διαθέσεις, v. 8, significare arbitror (cf. Annot. in v. 11) *corporis habitus*; ut sensus sit : *ab illis qui explicant qua ratione corporis habitus ordinare orator debeat, ad audientium animos, arbitrio suo, commovendos et regendos.* Quem sensum confirmant ea quæ sequuntur, v. 11-17 : Ἔνθεν γὰρ τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς βαρβάρους, εἰ μὴ καὶ τἄλλα ζῶα, τοῖς πάθεσιν ἀκολούθους τὰς μεταβολὰς ἔχοντας θεωροῦμεν. »

V. 11. Τὸ σχῆμα καὶ τὴν φωνήν... Cic., De Invent I, 7 : « Pronuntiatio est, ex rerum et verborum dignitate, *vocis* et *corporis* moderatio. » Quinctil. XI, 3 : « Quum sit autem omnis *Actio*, ut dixi, in duas divisa partes, *vocem gestumque*, etc. »; Dionys. Halic., De admiranda vi dicendi in Dem.

LIII : Διττὴν δὲ τὴν φύσιν αὐτῆς (subintell. ὑποκρίσεως) οὖσαν ὁρῶν, περὶ ἄμφω τὰ μέρη σφόδρα ἐσπούδασε. Καὶ γὰρ τὰ πάθη τὰ τῆς φωνῆς καὶ τὰ σχήματα τοῦ σώματος...... οὐ μικρῷ πόνῳ κατειργάσατο. Longin. Fragment VIII : Ὑπόκρισίς ἐστι μίμησις τῶν κατ' ἀλήθειαν ἑκάστῳ παρισταμένων ἠθῶν καὶ παθῶν καὶ διαθέσεων σώματός τε καὶ τόνου φωνῆς προσφόρου τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν. Eustath. in Homer. Odyss. IV, p. 1496 : Ἔστι κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὑπόκρισις, διάθεσις φωνῆς καὶ σχήματος, πιθανὴ, πρέπουσα τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ ἢ πράγματι. Cf. Cic., De orat. III. 57 sqq.

V. 13-14. Τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς βαρβάρους... Cic. l. l., 59: « In iis omnibus quæ sunt Actionis, inest quædam vis a natura data : quare etiam hac *imperiti*, hac *vulgus*, hac denique *barbari* maxime commoventur.»

V. 21-22. Εὐμέλεια φωνῆς καὶ τόνοι ... Aristot. Rhet. III, 1 : Ἔστι δὲ αὕτη μὲν ἐν φωνῇ, πῶς αὐτῇ δεῖ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον πάθος· οἷον, πότε μεγάλῃ, καὶ πότε μικρᾷ, καὶ πότε μέσῃ· καὶ πῶς τοῖς τόνοις· οἷον, ὀξείᾳ, καὶ βαρείᾳ, καὶ μέσῃ· καὶ ῥυθμοῖ, τίσι πρὸς ἕκαστα· τρία γάρ ἐστι περὶ ὧν σκοποῦσι. Ταῦτα δ' ἐστὶ, μέγεθος, ἁρμονία, ῥυθμός. Cf. Gerard. Joan. Voss. l. l. 2, 3.

V. 22-23. Πνεῦμα... Ernesti., Lexic.Technol. gr. Rh., p. 273: « Denique πνεῦμα dicitur, quæ Latini *latera* appellant, inque robusta voce inest. »

V. 23. Καὶ προσώπου... Cic., l. l., 59 : « In ore sunt omnia: in eo autem ipso dominatus est omnis occulorum. . . . Animi est enim omnis Actio, et imago animi vultus est, indices oculi. Nam hæc est una pars corporis, quæ, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes possit efficere.» Quinctil. XI, 3 : « Dominatur autem maxime vultus : hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc summissi sumus ; hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc spectant, etiam antequam dicimus; hoc quosdam amamus, hoc odimus; hoc plurima intelligimus, hic est sæpe pro omnibus verbis.» Cf. Gerard. Joan. Voss., l. l., Cap. XI, 3.

V. 23-24. Καὶ χειρῶν... Quinctil. l. l. : « Manus vero, sine quibus trunca esset Actio ac debilis, vix dici potest quot motus habeant, quum pæne ipsam verborum copiam perse-

quantur : nam cæteræ partes loquentem adjuvant, hæ, prope est ut dicam, ipsæ loquuntur. His poscimus, pollicemur, vocamus, dimittimus, minamur, supplicamus, abominamur, timemus; gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus.» Cassiodorus, Epist. Lib. IV, Epist. LI, de pantomimorum arte verba faciens : «Loquacissimæ manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam musa Polymnia reperisse narratur, ostendens homines posse, et sine oris affatu, suum velle declarare.» Cf. Chrysippi fragment. Dissert. Isagog., p. LIX; Gerard. Joann. Voss. l. l. Cap. XI, 4. Apud Hortensium motus manuum plus artis habuisse quam erat Oratori satis tradit Aul. Gell., I, 5 : « Hortensius omnibus ferme oratoribus ætatis suæ, nisi M. Tullio, clarior, quod multa munditia et circumspecte compositeque indutus et amictus esset, *manusque ejus inter agendum forent argutæ admodum et gestuosæ*, maledictis compellationibusque probrosis jactatus est. »

COLUMNA XVI.

V. 1-3. Διὸ καὶ — ἀποστῆναι... Idem tradit Dionys. Halic. in Isocr. I : Σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά· ὡς δὲ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο, τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφελομένη, τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τε ἦν ἐν ὄχλῳ λέγειν, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς προαιρέσεως. Cod. Par., n° 1742 habet κυριώτερα pro κυριώτατα, quæ confusio solemnis est apud librarios.

V. 3-6. Δημοσθένης — ἐν τῇ ῥητορικῇ... Cf. Cic., De Orat. III, 56; Quinctil., XI, 3; Valer. Max. VIII, 10; Photium, Bibl. CCLXV. Addam Longin. Fragment. VIII : Διόπερ εἰκότως ὁ Δημοσθένης αὐτὴν ἔντιμον ἦγε, καὶ πολλὰ κατὰ τῆς δυνάμεως ταύτης εἴρηκεν ἐγκώμια, τρὶς μὲν περὶ αὐτῆς ἐρωτηθεὶς, τριπλᾶ δὲ αὐτὸς δοὺς τὰ νικητήρια, καὶ ποιήσας πρώτην τε καὶ δευτέραν καὶ τρίτην. S. Augustin. Epist. LVI, ad Dioscor. :

« Rhetor nobilissimus quum interrogatus esset quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis observari oportere, *Pronunciationem* dicitur respondisse : quum quæreretur quid secundum, eamdem Pronunciationem dixisse. »

V. 7-8. Κάλλιππος — ἔφησαν... Hæc sunt in Ms. adeo incerta et corrupta, ut vix quidquam divinare ausim. Quisnam enim ille Κάλλιππος Ἰσοκράτους (subintell. μαθητής)? Callippus non commemoratur inter discipulos Isocratis apud Coray., Isocr. prolegom., t. I, p. 60-61; sed, quum centum discipulos, vel plures etiam Isocrates habuerit (Photius, Bibl. CCLX), neque eorum omnium nota sint nomina, nihil obstare videtur quo minus inter hos annumeretur Callippus. Haud scio an satius esset legere : Κάλλιππός τε καὶ Ἰσοκράτους (subintell. μαθητής) Ναυκράτης vel Ναυσικράτης, cujus magister Isocrates fuit, Cic., De Orat. II, 23; III, 44; Orat. LI. Ruhnk. Hist. crit. Orat. gr., p. XCIII; Coray., l. l. Pro ΤΩΦΗΣΩ quod Ms. præbet, posui ἔφησαν, ut sibi constet sententia.

V. 9. Λύκων... Nullus Lycon occurrit ad quem hæc referri possint, inter eos quorum meminit Diog. Laert. V, § 65-69. Libenter scripserim Γλαύκων, qui de Actione præcepta dedit, Aristot. Rhet. III, 1: Δῆλον οὖν ὅτι καὶ περὶ τὴν ῥητορικήν ἐστι τὸ τοιοῦτον (h. e. ἡ ὑπόκρισις), ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ποιητικήν· ὅπερ ἕτεροί τινες ἐπραγματεύθησαν, καὶ Γλαύκων ὁ Τήϊος.

V. 23-24. Αἰσχίνης—πικράν... Cum Æschinis verbis ad quæ Noster adludit, cf. Dionys. Halic., De admiranda vi dicendi in Dem. LV: Ἃ δέ γε Αἰσχίνης περὶ αὐτοῦ γράφει συκοφαντῶν, ὥσπερ ἔφην, τοτὲ μὲν ὡς πικροῖς καὶ περιέργοις ὀνόμασι χρωμένου, τοτὲ δ' ὡς ἀηδέσι καὶ φορτικοῖς, ῥᾳδίας ἔχει τὰς ἀπολογίας. His fretus locum valde perturbatum restitui.

V. 24. Παρὰ δὲ Δημητρίῳ... Confirmant hæc Demetrium Phalereum de Demosthene scripsisse, id quod docet Dionys. Halic. l. l., LIII : Καὶ γὰρ τὰ πάθη τὰ τῆς φωνῆς καὶ τὰ σχήματα τοῦ σώματος, οἷς κράτιστα ἕξειν ἔμελλεν, οὐ μικρῷ πόνῳ κατειργάσατο· καί τοι φύσει πρὸς ταῦτα οὐ πάνυ εὐτυχεῖ χρησάμενος, ὡς

Δημήτριος ὁ Φαληρεύς φησι, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ τὸν βίον αὐτοῦ συγγράψαντες. »

COLUMNA XVII.

V. 1. Περιττόν... In Ms., post hanc vocem occurrit littera **O** prorsus inutilis : quum e sequenti οὐχ orta videretur, eam suppressi.

V. 5. Ὑποκρίνοντα... Hæc ita Ms. exhibet : **ΑΠΟΚΑΔΕΙ... ΤΑ**, sed in margine adscribitur syllaba **NON**, unde facile fuit elicere **ΑΠΟΚΡΕΙΝΟΝΤΑ**. Scripsi ὑποκρίνοντα, quod sensus reposcebat : sæpissime confunduntur ἀπό et ὑπό. Cf. Walz. Epimetr. De permutatione præpositionum.

V. 5-8. Οἱ δ' οὖν — ὑποκεχρίσθαι... Antiquis scriptoribus de Actione loquentibus arridebant imagines e pictura petitæ. Quinctil. XI, 3 : « Nec mirum, si ista, quæ tamen in aliquo posita sunt motu, tantum in animis valent; quum pictura, tacens opus et habitus semper ejusdem, sic in intimos penetret affectus, ut ipsam vim dicendi nonnunquam superare videatur. »

V. 12. Περὶ τῶν... Subintell. περιόδων.

V. 13. Ἱερώνυμος... De quo vide Dissert. Isagog. p. LV-LVI. Cic. Orat. LVI : « Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapæsta; quo quid potest esse turpius ? Etsi in eligendo fecit malitiose : prima enim syllaba dempta in primo verbo sententiæ, postremum ad verbum primam rursus syllabam adjunxit insequentis...... Sed tamen hic corrector, in eo ipso loco, quo reprehendit (ut a me animadversum est studiose inquirente in eum) emittit imprudens ipse senarium. » Dionys. Halic., qui Nostrum ne nominatum quidem compilat, eadem tradit, in Isocr. XIII : Ἱερώνυμος δὲ ὁ φιλόσοφός φησιν ἀναγνῶναι μὲν ἄν τινα δυνηθῆναι τοὺς λόγους αὐτοῦ καλῶς, κτλ.

V. 18-19. Ἐπαίροντα... Dionys. Halic. l. l. : ἐπάραντα.

V. 22-25. Τὸ γὰρ μέγιστον—τῶν ὄχλων... In Ms.: ΓΑΡΕΙϹΘΑΙΤωΝΟΧΛωΝ. Hæc restitui atque verti, adjuvante Dionys. Halic. l. l.: Τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κινητικώτατον τῶν ὄχλων, παραιτεῖσθαι, τὸ παθητικὸν καὶ ἔμψυχον.

COLUMNA XVIII.

V. 1-2. Καὶ οἷον ἐν—πεποιημένην .. Hæc firmat Dionys. Halic. De admiranda vi dicendi in Dem. XX: Ταῦτ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἕως τελευτῆς κύκλῳ· καὶ τροπαὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ, καὶ ποικιλίαι σχημάτων, ἃ πέφυκε λύειν τὸν τῆς διανοίας σκοπὸν, οὐδαμοῦ. Idem, ibid. XVIII: Ἄτολμός ἐστι (subintell. Ἰσοκράτης) περὶ τὰς τροπικὰς κατασκευὰς καὶ ψοδοδεὴς, καὶ οὐκ εἰσφέρεται τόνους κραταιούς. Eadem significat τόνος apud Longin. De Sublim. IX: Οὐ γὰρ ἔτι τοῖς Ἰλιακοῖς ἐκείνοις ποιήμασιν ἴσον ἐνταῦθα σώζει τὸν τόνον κτλ. Cf. XXXIV. Quam vocem definit Gregor. Corinth. Schol. in Hermog. De Method.: Τόνος μὲν οὖν ἐστι τόπος ἀμέλεστος φωνῆς· ἀμέλεστος δὲ εἴρηται, διότι κενός ἐστι μέλους τινὸς, ὥσπερ τόπος κενὸς σώματος, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ διαφόρων σωμάτων ἐστὶ δεκτικός. Rh. gr. Walz. t. VII, p. 1127-1128. Hæc verba recitavi, ut notetur ἀμέλεστος, quod deest in Lexicis.

V. 2-7. Τὸ δὲ κεχραμένον—ἀποβεβληκέναι... Dionys. Halic. in Isocr. XIII: Τὸ δὲ κεχραμένον καὶ παντοδαπὸν ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει, καὶ τὸ ταῖς παθητικαῖς ὑποθέσεσι διειλημμένον ὑπερβεβηκέναι. In Ms.: ΖΓΕΡΟϹ.ϾϹΙΝ ΑΓΟ.ϾΒΛΗΚϾИΜ. Pro ὑποθέσεσι, in Dionysio ὑπενθέσεσιν Wolfius proponit, vertitque: *interponendis acrioribus affectibus*. Nullus dubito, quin apud Dionysium, ut in Nostro legendum sit: ἀποθέσεσι, namque Ἀπόθεσις apud rhetores dicitur in pronuntiatione, quum vox quæ ἄρσει sublata fuerat, θέσει deponitur in fine membri; cf. H. Stephan. Thes. ling. græc. t. III, p. 1487, ed. ann. 1572. Demetrius, De Elocutione, XIX: Ἑδραίᾳ γάρ τινι καὶ ἀσφαλεῖ καταλήξει ἔοικεν αὐτῆς ἡ ἀπόθεσις. Nec mirum ὑποθέσεσι in locum ἀποθέσεσι irrepsisse, quum sæpissime

ἀπό et ὑπό confundantur; cf. Walz. l. l. Ἀπόθεσις deest in Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh. Idem, p. 128, definit ἐπίτασιν, *intentionem oratoriam*, quæ fit affectuum usu, et cujusdam vigoris et spiritus; cui contraria est ἄνεσις, remissio affectus et impetus. Cf. Dionys. Halic., De admiranda vi dicendi in Dem. XLVI: Ἕκαστον ἀεὶ σχηματίζων τὸν λόγον, ἀνέσει τε καὶ ἐπιτάσει ταμιευόμενος τῶν ἁρμονιῶν ἑκατέραν, τοὺς καλοὺς ἐκείνους λόγους ἀνέπλασεν. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Πολλοὺς γὰρ ἰσχνοὺς εὑρήσομεν ἐπίτασιν δεχομένους καὶ ἄνεσιν. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 72.

V. 7-9. Τῇ δὲ—δουλεύειν... Dionys. Halic. l. l.: Δουλεύειν γὰρ αὐτὸν τῇ λειότητι διὰ παντός.

V. 9-14. Τοιγαροῦν—λέγοντα... Eadem, mutatis paululum verbis, exprimit Dionys. Halic., in Isocr. XIII: Καθόλου δέ φησιν αὐτὸν εἰς ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν καταδύντα, μήτε τόνον, μήτε πάθος, μήτε ὑπόκρισιν δύνασθαι φέρειν. Pueri imaginem Dionys. a Nostro mutuatur, v. 23-27: Τὸν λόγον ὅμοιον γοῦν εἶναι τῷ δασὺ καὶ μέγα περιθεμένῳ πρόσωπον παιδὶ, οὐ φωνὴν ἀφιέντι. Exhibet Ms. v. 12-13: ΠΕΡΙΕΑ.ΙC, vocem adulteratam pro ΠΕΡΙCΚΕ7ΑΙC. Hæc quum parum ad rem faceret, cogitabam de παρασκευαῖς, sæpe enim confunduntur περί et παρά, cf. Walz, l. l. Malui tamen κατασκευαῖς. Non minus frequenter permutantur κατά et παρά, præterquam quod magis congruit κατασκευή cum sententia: est enim artificiosa orationis conformatio, Ernesti., l. l., p. 174. Pro ΚΑΠΙ.ΕΙΛΟ7CΑΝ posui: καθειλοῦσαν. Quod ad λέγοντα adtinet, accipi posse arbitror de illo qui in concionibus habebat orationes quas Isocrates composuerat, Cic. Brut., XII: « Similiter Isocratem primo artem dicendi esse negavisse, *scribere* autem *aliis solitum orationes* quibus in judiciis uterentur; sed, quum ex eo ... sæpe ipse in judicium vocaretur, *orationes aliis destitisse scribere,* totumque se ad artes componendas transtulisse. » Philodemi verbis lucem admovet Dionys. Halic. Quæ enim Noster tradit, v. 9-12: Τοιγαροῦν αὐτὴν ἀνάγνωστον μὲν εἶναι τῆς φωνῆς ὑφειμένης, ἐπαρθείσης δὲ μὴ ἅπαν, eadem sic exprimit Dionys. l. l.: Καθόλου δέ φησιν αὐτὸν εἰς ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν καταδύντα. Quod apud No-

strum ταῖς κατασκευαῖς significari censeo, id pluribus verbis Dionys. Halic. aperit: Ὅ τε τῶν περιόδων ῥυθμὸς, ἐκ παντὸς διώκων τὸ γλαφυρὸν, καὶ τῶν σχημάτων τὸ μειρακιῶδες περὶ τὰς ἀντιθέσεις, καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις κατατριβόμενον.

V. 15-20. Καὶ σχεδὸν—καταχεχύσθαι... Salebris vere plenus locus: ut expeditum me ex impedito facerem, verborum ordinem leviter mutavi. Pro ΕΝΑΝΠΑΝΤΗ, quod exhibet Ms., posui ἐναντίον πάντη, κτλ. Haud scio an Philodemus obiter innuerit res politicas de quibus Isocrates disseruit, etsi nullam habuit in concionibus orationem. Causam tradit Dionys. Halic. in Isocr. I: Σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά· ὡς δὲ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο, τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφελομένη τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τε ἦν ἐν ὄχλῳ λέγειν, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς προαιρέσεως· ἐπιθυμῶν δὲ δόξης.... ἐπὶ τὸ γράφειν ἃ διανοηθείη, κατέφυγεν· οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρεσιν ποιούμενος, οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οὐδὲ ὑπὲρ ὧν ἄλλοι τινὲς τῶν τότε σοφιστῶν· περὶ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν πραγμάτων, ἐξ ὧν ὑπελάμβανε τάς τε πόλεις ἄμεινον οἰκήσεσθαι κτλ. Quamobrem, Dionysius eos qui rationem gerendæ reipublicæ complecti animo volunt hortatur, ut Isocratis orationes nocturna diurnaque manu versent, ibid. IV: Καὶ ἔγωγέ φημι χρῆναι τοὺς μέλλοντας οὐχὶ μέρος τι τῆς πολιτικῆς δυνάμεως, ἀλλ' ὅλην αὐτὴν κτήσασθαι, τοῦτον ἔχειν τὸν ῥήτορα διὰ χειρός.

V. 26-27. Ἀφιέντι... In Ms.: ΑΦΙΕΛ.....Ι...ΤΟ. Hanc lacunam, postulante sensu, sic explevi: ἀφιέντι· φησὶ καὶ τοῦτο κτλ.

COLUMNA XIX.

V. 1. Συμβουλεύοντα... Videlicet 1° In Panegyrico. Dionys. Halic. in Isocr. l. l., V: Τίς γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο φιλόπολίς τε καὶ φιλόδημος; Ἢ τίς οὐκ ἂν ἐπιτηδεύσειε τὴν πολιτικὴν καλοκαγαθίαν, ἀναγνοὺς αὐτοῦ τὸν πανηγυρικόν; ἐν ᾧ διεξιὼν τὰς τῶν ἀρχαίων ἀρετὰς, φησὶν ὡς οἱ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσαντες ἀπὸ τῶν βαρβάρων, οὐ τὰ πολέμια δεινοὶ μόνον ἦσαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἤθη γενναῖοι, καὶ φιλότιμοι καὶ σώφρονες. 2° In oratione sociali, sive de Pace. Idem, l. l., VII: Τίς δὲ ἂν μᾶλλον ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εὐσέβειαν προτρέψαιτο, καθ' ἕκαστόν τε ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὰς πόλεις ὅλας, τοῦ περὶ τῆς εἰρήνης λόγου; Ἐν γὰρ δὴ τούτῳ πείθει τοὺς Ἀθηναίους, τῶν μὲν ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς παροῦσι στέργειν. 3° In Areopagitico. Idem, l. l., VIII: Τίς δὲ τὸν Ἀρεοπαγιτικὸν ἀναγνοὺς λόγον, οὐκ ἂν γένοιτο κοσμιώτερος; ἢ τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν ἐπιβολὴν τοῦ ῥήτορος, ὃς ἐτόλμησε διαλεχθῆναι περὶ πολιτείας Ἀθηναίοις, ἀξιῶν μεταθέσθαι μὲν τὴν τότε καθεστῶσαν δημοκρατίαν, ὡς μεγάλα βλάπτουσαν τὴν πόλιν, ὑπὲρ ἧς τῶν δημαγωγῶν οὐθεὶς ἐπεχείρει λέγειν; κτλ.

V. 2. Πλάσμα... Peculiarem quamdam dicendi formam πλάσμα h. l. significat, tamquam apud Dionys. Halic., De admiranda vi dicendi in Dem. XXXIV: Ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ τοῖς τρισὶ πλάσμασιν ὁμοίως παρέπεται, καὶ ἐπὶ παντὸς λόγου Δημοσθενικοῦ μηνύματα χαρακτηριστικὰ καὶ ἀνυφαίρετα. Quem locum ita refinxi, *Examen critique des écrivains de la Grèce,* t. III, p. 186, cum Capperonnier., e Cod. Par., n°. 1743, pro vulgata lectione: Ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ τοῖς τρισὶ πλάσμασιν ἔφην ἰδίας ἀρετὰς συμβεβηκέναι τοῖς Δημοσθενικοῦ, μηνύματα χαρακτηριστικὰ καὶ ἀνυφαίρετα. Longin., De Sublim. XV: Δειναὶ καὶ ἔκφυλοι αἱ παραβάσεις, ἡνίκ' ἂν ᾖ ποιητικὸν τοῦ λόγου καὶ μυθῶδες τὸ πλάσμα. Cf. Ernesti., Lexic. Technol. gr. Rh. p. 268; 344.

V. 4-9. Ἐπαίρειν—λόγους... Dionys. Halic. in Isocr., XIII: Καθόλου δέ φησιν αὐτὸν εἰς ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν καταδύντα, μήτε τόνον, μήτε πάθος, μήτε ὑπόκρισιν δύνασθαι φέρειν.

V. 16-17. Κοιλοφώνως. . . Cogitabam de χειλοφώνως. Quum vero in Lexicis hæc vox non occurrat, timui ne paulo au-

dacior videretur. Ms. habet ΚΕΙΛΟΦΩΝΩC : mutato Ε in Ο, quæ millies confunduntur, scripsi κοιλοφώνως. Sæpe χεῖλος et κοῖλος permutari docet H. Stephan. Thes. t. IV, p. 407, ed. 1572: « Pro χειλοστομία, quod in v. l. esse dicitur, quum vox quasi in recessu auditur, scribendum κοιλοστομία, de quo supra (h. e. t. III, p. 1045).» Idem, ibid. t. IV, p. 1349: Λαρυγγίζειν significat, teste Harpaerat., τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν καὶ μὴ κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι, ἀλλ' ἐτιτηδεύειν περιεργότερον τῷ λάρυγγι χρῆσθαι

V. 21. Ἐφλυαρήθη... Haud absimili modo Noster, De Music., col. XXX, v. 6-10: Πεφλυάρηται δ' οἷς ποτε εἴρηται καὶ τὰ περὶ τῆς τοῖς μετεώροις ὁμοιότητος. Cf. Platon. Conviv. Bekk. ed. Lond. 1826, t. V, p. 24: Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾷν, ὃς ἦν καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων. Idem, in Phædon, l. l. p. 175-176: Ἐρώτων δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν καὶ φλυαρίας ἐμπίπλησιν ἡμᾶς πολλῆς.

V. 26. Τὰ μὲν ἄλλα παρά... In Ms.: ΤΑΩ...ΑΛΧΡΑ, ubi Ω pro Μ esse certum faciebat col. XXXIV, v. 10; ibi enim patet ΩΟΝΟΝ esse pro ΜΟΝΟΝ. Elementa quæ sive addidi, sive transcripsi, indicabant spatium superstitesque litteræ. Quod attinet ad ΧΡΑ=ΓΑΡΑ, hoc restitui ex iis quæ sequuntur col. XX, v. 1: Τὰ δὲ καὶ παρ' ἱστορικῶν.

V. 26. Ποιητῶν... Haud scio an Philodemus adludat ad ea quæ poetæ dixerunt de heroibus verbis suis accommodantibus motus corporis; quæ pars præcipue valet in Actione. Cf. Gerard. Joann. Voss. Institut. Orat., VI, XI, § 11, 1° de statu et sessione oratoris; 2° de vultu; 3° de gestu cervicis ac membrorum quæ ad corporis truncum pertinent.

COLUMNA XX.

V. 1-3. Ἐξ ὧν — καταλελοίπασιν... Hæc admodum incerta verti, quasi dixisset ἐκ τούτων ἃ αὐτοὶ γραπτὰ καταλελοίπασιν.

V. 12. Τὰς ὑποκρίσεις... Raro quidem occurrit vox ὑπόκρισις in plurali numero; ea tamen utitur Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. IV, p. 428 : Ὁμοιοπαθεῖν δεῖ τοῖς ἀκούουσι καὶ ἠρέμα προβιβάζειν (Ald. προβιάζειν) τό τε ἑαυτῶν καὶ τὸ τῶν ἀκροατῶν πάθος· ἔστι δὲ τοῦτο ἐὰν τοῖς τε σχήμασι μετρίοις καὶ ταῖς λέξεσι καὶ ταῖς συνθέσεσιν, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ὑποκρίσεσιν μετρίαις χρώμεθα.

V. 15. Κατὰ τὴν φιλοσοφίαν... Erunt fortasse nonnulli quibus magis arrideat περὶ τὴν φιλοσοφίαν. Per me nihil obstat: sæpe confunduntur κατά et περί.

V. 16-17. Τῶν πρός τι... Genitivi τῶν cum εἶναι exempla ubique sunt obvia: Aristoph. Plut., v. 345: εἶ γὰρ τῶν φίλων. V. 869: Ἦ τῶν πονηρῶν ἦσθα καὶ τῶν τοιχωρύχων; Cf. H. Stephan. Thes. t. III, ed. Didot, p. 257. Quod ad πρός τι adtinet, audiendus idem, t. III, p. 574, ed. ann. 1572: « Quibus subadjungo πρός τι, ubi tamen πρός non tam comparationem cum aliquo significat quam relationem ad aliquid. Usurpant enim de eo quod dicitur referendo ad aliud; seu relatione ad aliud. Quo loquendi genere utitur non raro Aristoteles, itidemque alii philosophi, aut qui de rebus philosophicis disputant. »

V. 17. Ἐπιτετευγμένην... Hoc retinui, quamquam perfectum pass. solet abjicere suum ε ex τέτευγμαι, ut fiat τέτυγμαι, ex τετευγμένος ut fiat τετυγμένος. Cf. H. Stephan. Thes. in voc. τεύχω, Duncan. Lexic. Homer.-Pindar. p. 1092, ed. Rost.

V. 24-25. Τοῖς δ' ἀπ' ἄλλων μαθημάτων... Cf. Notat. col. XIV, v. 23-23; Cl. Letronne, *Recherches sur l'Égypte*, p. 210.

V. 26. Ἄλλη — ἀκμαίῳ... Ms. in margine exhibet elementa ΛΛ, litteramque Η truncatam; unde facile fuit elicere vocem ἄλλη. Quod ad ἀκμαίῳ adtinet, hoc indicabant litteræ superstites ΜΟ. ωΙ. Ostendunt ea quæ præcedunt, Philodemum attingere Actionem rhetori, politico viro; sophistæ, philosopho accommodatam: quæ sequuntur, col. XXI, v. 1-2, arguunt eumdem tractare Actionem singulis ætatibus idoneam, in quam apprime cadit id quod de *Dictione* docet Aristot. Rhet. III, 7 : Τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξις, ἐὰν ᾖ παθητική τε καὶ ἠθική.... ἠθικὴ δὲ αὕτη ἡ ἐκ τῶν σημείων δεῖξις, ὅτι ἀκο-

λουθεῖ ἡ ἁρμόττουσα ἑκάστῳ γένει καὶ ἕξει· λέγω δὲ, γένος μὲν καθ' ἡλικίαν· οἷον παῖς, ἢ ἀνὴρ, ἢ γέρων· καὶ γυνὴ, καὶ ἀνήρ.

COLUMNA XXI.

V. 3. Κατὰ τούτους... Κατά, h. l. convenientiam significat, ut reddi possit *secundum*, vel *juxta*. Cf. H. Stephan. Thes., t. II, p. 89, ed. ann. 1572, ubi citat Synesium, Epist. II : Οὐ γὰρ κατ' ἐμαυτὸν εἶναι τὸν κόσμον ἐλογιζόμην τοῦ πράγματος, i. e. non consentaneum mihi et pro meis facultatibus, vel, mihi convenientem, docent. Budæo.

V. 8-9. Παιδαγωγοῖς... Cogitabam de παιδαγωγικοῖς, quod libenter admittere videbantur spatium et sensus.

V. 14. Φρένας... De quo H. Stephan. Thes. l. l., t. IV, p. 194 : « Soluta oratio pluralem usurpans potius quam singularem, eo significare solet sanæ mentis affectum, ut ita dicam, aut etiam prudentiam. Unde aliquis dicitur φρένας ἔχειν et contra ἔξω φρενῶν καθεστώς. » Noster, Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. X, v. 8-12 : Καὶ γὰρ οἱ φιλόσοφοι τοῦτον ἵστανται τὸν τρόπον, εἰ μὴ καὶ τῶν ἄλλων οἱ φρένας ἔχοντες.

V. 14-20. Οὐ περὶ — προσήκειν... Hæc jacta videntur in rhetores qui, orationem per membra in infinitum discerpebant. Post προσήκειν, subintelligendum est λόγους ποιεῖσθαι, aut quidpiam tale. Quod ad ὑπεξαιρέσεων adtinet, h. l. innui videntur ea quæ Hermagoræ exprobrat Quinctil., III, 6 : « Nos ad Hermagoram. *Translationem* hic primus omnium tradidit : quamquam semina ejus quædam citra nomen ipsum apud Aristotelem reperiuntur. *Legales* autem quæstiones has fecit, *scripti* et *voluntatis* (quam ipse vocat κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν, id est, secundum *dictum* et *exceptionem* : quorum prius ei cum omnibus commune est, *exceptionis* nomen minus usitatum). » Ante Philodemum, hanc Orationis divisionem in partes minutas et exiles improbaverat Aristot., Rhet. III, 13 : Ἔστι δὲ τοῦ λόγου δύο μέρη· ἀναγκαῖον γὰρ τό τε πρᾶγμα εἰπεῖν περὶ οὗ, καὶ τότ' ἀποδεῖξαι.... Ἀναγκαῖα ἄρα μόρια, πρόθεσις καὶ πίστις· ἴδια μὲν οὖν ταῦτα· τὰ δὲ πλεῖστα,

προοίμιον, πρόθεσις, πίστις, ἐπίλογος... Ἔσται οὖν, ἄν τις τὰ τοιαῦτα διαιρῇ, ὅπερ ἐποίουν οἱ περὶ Θεόδωρον, διήγησις ἕτερον, καὶ ἐπιδιήγησις, καὶ προδιήγησις, καὶ ἔλεγχος, καὶ ἐπεξέλεγχος κτλ.

V. 20-21. Τῶν ἐν τῷ πολιτικῷ... Subintell. γένει ὄντων. Cf. Platon. Protag. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 274 : Καί τοι πολλά γε ἤδη ἔτη εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ.

V. 22. Παχυτέρων... Quod sic interpretatur Maxim. Planud. Schol. in Hermog. De Formis., I, Rh. gr. Walz., t. V, p. 486 : Παχύτερον· ἀντὶ τοῦ ἀνοητότερον· παχεῖς γὰρ ἐκάλουν τοὺς ἀναισθήτους καὶ ὑώδεις.

COLUMNA XXII.

V. 1-4. Μόνοι—ὑπογράφουσιν... Hæc dicta videntur in primis adversus Aristot., Rhet. I, 1 : Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν οὔτε ἑνός τινος γένους ἀφωρισμένου ἡ ῥητορική, ἀλλὰ καθάπερ ἡ διαλεκτική, καὶ ὅτι χρήσιμος, φανερόν. Ibid. 2 : Ἔστω δ' ἡ ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. Τοῦτο γὰρ οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἐστὶ τέχνης ἔργον. Τῶν γὰρ ἄλλων ἑκάστη περὶ τὸ αὐτῇ ὑποκείμενόν ἐστι διδασκαλικὴ, καὶ πειστική· οἷον ἰατρικὴ, περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσερόν· καὶ γεωμετρία, περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι· καὶ ἀριθμητικὴ, περὶ ἀριθμόν. Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν. Ἡ δὲ ῥητορικὴ, περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν. Διὸ καὶ φαμὲν αὐτὴν οὐ περί τι γένος ἴδιον ἀφωρισμένον ἔχειν τὸ τεχνικόν. Ibid., paulo infra : Ἔστι γὰρ (subintell. ἡ ῥητορικὴ) μόριόν τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα, καθάπερ καὶ ἀρχόμενοι εἴπομεν· περὶ οὐδενὸς γὰρ ὡρισμένου οὐδετέρα αὐτῶν ἐστιν ἐπιστήμη, πῶς ἔχει, ἀλλὰ δυνάμεις τινὲς τοῦ πορίσαι λόγους.

V. 5. Ἰδίων... Iterum lacessit Aristot., qui τὰ ἴδια definit, Rhet. I, 2: Ἴδια δὲ ὅσα ἐκ τῶν περὶ ἕκαστον εἶδος καὶ γένος προτάσεών ἐστιν· οἷον, περὶ φυσικῶν εἰσι προτάσεις, ἐξ ὧν οὔτε ἐνθύμημα, οὔτε συλλογισμός ἐστι περὶ τῶν ἠθικῶν· καὶ περὶ τούτων ἄλλαι, ἐξ ὧν οὐκ ἔσται περὶ τῶν φυσικῶν· ὁμοίως δὲ τοῦτο ἔχει ἐπὶ πάντων... Ταῦτα δὲ, ὅσῳ τις ἂν βελτίω ἐκλέγηται τὰς προτάσεις, λήσει ποιήσας ἄλλην ἐπιστήμην τῆς διαλεκτικῆς καὶ τῆς ῥητορικῆς· ἂν γὰρ

ἐντύχῃ ἀρχαῖς, οὐκ ἔστι διαλεκτικὴ, οὐδὲ ῥητορικὴ, ἀλλ' ἐκείνη ἔσται ἧς ἔχει τὰς ἀρχάς.

V. 7-8. Ἐφεστήκασι... Hoc efflagitabat sensus pro ἐφεστάκασι, quod Ms. habet.

V. 9. Ἐμπρέψαι... Monent quædam Lexica πρέπειν atque ex eo composita verba inusitata esse, excepto tempore præsenti et imperfecto. Aoristus quandoque reperitur : Plutarch., Alcibiad. I : Τῇ δὲ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι.

V. 11-14. Ὅτι σχεδὸν — διοικεῖται... Aristot. Rhet. I, 2 : Ἡ δὲ ῥητορικὴ περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν. Cf. not. v. 1-4. Unum addam quod citata confirmat, Aristot. Rhet. I, 1 : Ἡ Ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, ἃ κοινὰ τρόπον τινὰ ἁπάντων ἐστὶ γνωρίζειν, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης ἀφωρισμένης· διὸ καὶ πάντες τρόπον τινὰ μετέχουσιν ἀμφοῖν κτλ.

V. 19. Τοῖς ὅλοις... Idem significat quod ὅλως, vel διόλου. Sic Noster, De Musica, col. VI, v. 15-16 : Καὶ τοῖς ὅλοις οὐδὲν ἰατρεύειν τῆς λύπης. Vertunt Academic. Herculan.: « Atque « ea nihil omnino mederi tristitiæ. » Hoc reperias quoque apud Dionys. Halic. in Lysia, III : Τοῖς δὲ προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι τοῖς ὅλοις, ἐξήλλαττον τὸν ἰδιώτην κτλ., ubi malit τοῖς λόγοις Sylburgius, quem secutus est Taylor. Matthæus contra censet medicina non egere locum, in quo τοῖς ὅλοις eamdem significationem accipit quam apud Diog. Laert. De Aristot., p. 177, ed. H. Stephan.: Τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο.

V. 21-22. Κατὰ σύνεσιν κοινήν... Si litteras in marginibus Ms. aspersas considerate inspexeris, ea quæ restitui non prorsus improbabilia fortasse judicabis.

V. 27. Κατὰ λόγον... Haud absimili modo Noster loquitur, De Music. col. IV, v. 28-30 ; Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. VI, v. 6; col. XVIII, v. 9-10. Vide p. 107.

COLUMNA XXIII.

V. 1-2. Τοῖς φιλοσόφοις ἐξεῖναι... Ea quæ pertinent ad

alios tractare, nonnulli existimaverunt esse penes philosophos qui non particularia, sed generalia sibi vindicabant. Sopater, Schol. in Hermog. Art. Rhet.: Τοῖς γὰρ φιλοσοφοῦσι γενικαί εἰσιν αἱ ἀμφισβητήσεις· οἱ γὰρ φιλόσοφοι οὐ ζητοῦσιν, εἰ τόδε δίκαιον Λακεδαιμονίοις, ἀλλ' εἰ δίκαιον πᾶσιν ἀνθρώποις· οἱ δὴ ῥήτορες ἐπὶ μέρους ἔχουσι τὴν ἀμφισβήτησιν· ζητοῦσι γὰρ, τί Ἀθηναίοις δίκαιον. Rh. gr. Walz., t. V, p. 27. Gregor. Corinth. Schol in Hermog. De Method.: Ῥητόρων τὸ ἰδικὸν, φιλοσόφων τὸ καθολικόν. Ibid., t. VII, p. 1107. Qua opinione ductus, Noster eos incusat qui rhetores extra particularia pertrahebant, Peripateticos videlicet, quorum dux Aristoteles, nomine omisso, aperte significatur. Hic enim ad Rhetoricam non particularia, sed generalia adtinere tradit, Rhet. I, 2: Οὐδεμία δὲ τέχνη σκοπεῖ τὸ καθ' ἕκαστον· οἷον, ἡ ἰατρικὴ, τί Σωκράτει τὸ ὑγιεινόν ἐστιν ἢ Καλλίᾳ, ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε, ἢ τοῖς τοιοῖσδε· τοῦτο μὲν γὰρ ἔντεχνον· τὸ δὲ καθ' ἕκαστον, ἄπειρον καὶ οὐκ ἐπιστητόν· οὐδὲ ἡ ῥητορικὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἔνδοξον θεωρήσει· οἷον Σωκράτει ἢ Ἱππίᾳ, ἀλλὰ τὸ τοιοῖσδε, καθάπερ καὶ ἡ διαλεκτική.

V. 5-9. Τοῖς φιλοσόφοις — ἐκτετεχνολόγηται... Locus est valde incertus; immo fere desperatus. V. 6-9, sic exhibentur in Ms. : ΟΘ....Ν⁻ЄΑCΙΚΑΤΥΧ...ΘΑΙΚΑΤ.... ...ΑΓΟΔЄΙΚΝ....ЄΙΝ.....ω..... ΝΧ....ΟΓωΝ..... .ЄΝΙ...Ι... ΛΛЄΝΟ7C.7Θ7ΝΟCЄΚ.ΤЄΤΓΧ ΝΟΛΟCΗΤΑΙ. Restitui, ut potui. De voce εὐθύνους, Hesych.: Εὔθυνος· εὐθυντὴρ, δικαστικός. Photius: Ἀρχὴ ἦν τις· ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἕνα κληροῦσιν, τούτῳ δὲ δύο παρέδρους. Minus recte legitur apud Harpocrat.: Εὐθύνης· ὄνομα ἀρχῆς παρ' Ἀθηναίοις. Δέκα τὸν ἀριθμὸν ἦσαν, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες ἢ ἄρξαντες ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων τὰς εὐθύνας. Διείλεκται περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Cf. Blomfield., Glossar. in Æschyl. Pers. v. 833; Prometh. v. 332. Hoc loco, εὔθυνος ponitur μεταφορικῶς, sicut βραβευτής, in Platon. Protag. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 321: Εἶπον οὖν ἐγὼ ὅτι αἰσχρὸν εἴη βραβευτὴν αἱρεῖσθαι τῶν λόγων. Ibid., p. 320-

321 : Ὡς οὖν ποιήσετε, καὶ πείθεσθέ μοι ῥαβδοῦχον καὶ ἐπιστάτην καὶ πρύτανιν ἑλέσθαι, ὃς ὑμῖν φυλάξει τὸ μέτριον μῆκος τῶν λόγων ἑκατέρου.

V. 11. Ἴσως τε καί... In Ms. : ΙϹΩϹ . . . ΑΙ, ubi facile fuit scribere : Ἴσως τε καί.

V. 16-17. Ἀδιαληψίας... Deerat in Lexic. vox hæc quam nunc habet H. Stephan. Thes., ed. Didot. t. I, p. 658, ubi legitur: « Ἀδιαληψία, Continuitas, status qui divisiones non recipit. Mss. Hercul. Oxon. part. 2, p. 28, Cramer. » (Repone, p. 23.) De me in primis meritus est optime vir qui Lexico Philodemicam vocem inseruit. Ibidem Cl. Passov. dat ἀδιαλήπτως *inseparabiliter*, e Philodem. De Ira, I, p. 77. Aliter sentio de significatione vocis ἀδιαληψία in nostro loco. Intelligo : « E *ratiocinationis defectu* procedit id quod a quibusdam dicitur; » ita ut sit ἀδιαληψία, idem quod ἀδιάληψις, oppositum τῇ διαλήψει. Apud Polybium enim, Budæo tradente, διάληψις est *disceptatio, ratiocinatio,* H. Stephan. Thes. II, p. 1218, ed. Didot. Conjecturam meam firmare videtur ipsa rerum series. Philodemum audivimus, col. XXII, v. 6-10, vituperantem eos qui, pravo occæcati judicio, curam impenderunt methodis unicuique arti seorsim convenientibus, docentemque col. XXII, v. 10-27; col. XXIII, v. 1-16, tria inde sequi quæ damnum afferunt. Addit nunc τῆς αὐτῆς ἀδιαληψίας aliud pendere, nimirum Rhetoricæ definitionem quam citat, v. 20-23, maledicoque dente carpit, v. 25 sqq.; ut pote vitiosam ex iis quæ fuse tractat col. XXIII, v. 25-27; col. XXIV, v. 10 sqq., ubi demonstrare conatur illos qui Rhetoricam sic definierunt, ratiocinationis expertes esse. Mihi non liquet quid ad hæc, *continuitas, status qui divisiones non recipit?*

V. 17-23. Τοῦτο λεγόμενον — εὑρίσκειν... Agnoscis Epicureum, apud quem moris est supprimere nomen eorum quos lacessit. Sermo est de Aristot., Rhet. I, 2 : Ἔστω δ' ἡ ῥητορικὴ, δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν.

V. 27. Τῆς εὑρέσεως... Similia de Inventione præbet

Scholiast. in Aphthon. Progymnasm.: Ἔστι δὲ τῆς μὲν νοήσεως, τὸ νοῆσαι εἰ ῥητορικὸν τὸ πρόβλημα, ἢ μὴ, καὶ εἰ συνίσταται, ἢ οὔ· καὶ ὑπὸ ποῖον εἶδος καὶ ποίαν στάσιν ἀνάγεται· τῆς δὲ εὑρέσεως, τὸ εὑρεῖν τὰ εἰς τὰ κεφάλαια ἐπιχειρήματα, πρὸς τῇ τῶν κεφαλαίων εὑρέσει ἔτι καὶ τοὺς ἐμπίπτοντας τόπους. Rh. gr. Walz., t. II, p. 1.

COLUMNA XXIV.

V. 1-3. Οὐδὲ τὸ — τῆς εὑρέσεως... Post τό subintellige λεγόμενον. Iterum impugnat Aristot. Rhet. III, 14, 16, 17, 19, ubi præcepta tradit de orationis partibus.

V. 3. Εὑρέσεις... Nihil habet quod offendat vox εὑρέσεις. Ea utitur Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Ἐν μὲν γὰρ ταῖς στάσεσι τὴν δύναμιν αὐτῶν (subintell. τῶν προσώπων) διακρίνας, ἐν δὲ ταῖς εὑρέσεσι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν. Rh. gr. Walz. t. VI, p. 79. Cf. Hermog. Libr. περὶ εὑρέσεων.

V. 5-10. Οἱ δ' ὡς — διαπεραίνοντες... Locus lacunosus, ubi in paucas incidi litteras quæ, per vacans spatium dispersæ rarius apparebant ad regenda vestigia. In Ms. sic hæc exhibentur:

ΟΙΔΩϹΠΟ ΛΤЄ..ΛΙ....Γ ΦЄΡΟΝΤΑΠΡ...ΔΙΑ..
ЄΤΩϹ ΚΑ........Є7Θ ....ΟΠ7..... Α.....Ο7
ΔΙΑ
ΧЄΝ......ΟΜ........ЄΛ.........ϹΠ......ΝΟΝΙ.......

Quæ restituere conatus sum, ita ut cum præcedentibus congruant. V. 7, verba τὸ ἀπ' εὐθείας idem significare arbitror quod ἀπὸ τοῦ εὐθέος, duce H. Stephan. Thes. t. I, p. 1300, ed. 1572: « Thucydides, suo more a loquendi generibus quæ cæteris usitata sunt recedens, dixit ἀπὸ τοῦ εὐθέος pro illo ἀπ' εὐθείας, de quo modo a me tractatum fuit; videlicet pro illo quod de sermone dicitur. Ita enim ille libro III: καθέστηκε δὲ τἀγαθὰ ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν, id est, Sine circuitione, Sine ullis verborum involucris et integumentis. Apud Arrianum autem ἐκ τοῦ εὐθέος ἀντιλέγειν pro Non dissimulanter, Aperte, Palam. » Quod adtinet ad οὐδὲν ὅτι οὐχ, v. 8, hæc interpretor sive *nihil non*, sive *omnia,* ex iis

quæ traduntur de οὐδεὶς ὅστις οὐ, in Viger., Idiotism. II, 2, p. 26, not. 35, ed. Hermann. « In negatione οὐδεὶς ὅστις οὐ, *nemo non*, et more Latinorum duæ negationes adfirmant. Nec raro hæc in fine inveniuntur. Plat. Hipp. Maj. pag. 299, init.: Ὅτι καταγελᾷ ἂν ἡμῶν οὐδεὶς ὅστις οὐ, *quia nemo non nos irridebit.* Quasi diceret, Οὐδείς ἐστιν, ὅστις οὐ etc., *nemo est qui non.* » Vide ibid. Arrian. de Exped. Alex. III, 23.

V. 10-18. Δεύτερον, δὲ—νομίζουσι... Carpit Aristot. Rhet. I, 2 : Τῶν γὰρ ἄλλων ἑκάστη περὶ τὸ αὑτῇ ὑποκείμενόν ἐστι διδασκαλικὴ καὶ πειστική· οἷον, ἰατρικὴ περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσερόν· καὶ γεωμετρία περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι.... Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν· ἡ δὲ ῥητορικὴ περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν.

V. 18-21. Καὶ δῆλον —εὐποροῦντες... Similia jactat in sophistas Cic. De Orat. III, 32 : «Illos veteres doctores, auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus, semperque esse in omni oratione versatos. Ex quibus Eleus Hippias, quum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta pæne audiente Græcia, nihil esse ulla in arte rerum omnium quod ipse nesciret; nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, *geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum,* atque illa quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur; sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. » Cf. Apul., Floridor. Lib. II.

V. 26-27. Οὐδ' εἰσὶ μὲν κοιναί... Hæc toto cœlo distant ab Aristot. Rhet. I, 1: Ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, ἃ κοινὰ τρόπον τινὰ ἁπάντων ἐστὶ γνωρίζειν, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης ἀφωρισμένης. Ibid. 2 : Διὸ καὶ φαμὲν αὐτὴν οὐ περί τι γένος ἴδιον ἀφωρισμένον ἔχειν τὸ τεχνικόν.

COLUMNA XXV.

V. 4-5. Ἦσαν ἐν ἐπιχένῳ οἰήσει... Re diu considerata, hæc scripsi pro iis quæ Ms. ita exhibet: **ΗCΑΝΕΠΙΚΑΙΝω CΙΤΟΙC**, inserta præpositione ἐν quam sensus requirebat. Ἐπίχενος reperitur in H. Stephan. Thes., t. III, p. 1627, ed. Didot. Quod ad ἐπιχένῳ pro **ΕΠΙΚΑΙΝ ω** adtinet, notandum est centies permutari κενός et καινός. Cf. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Κούφων γάρ τι καὶ ἠλιθίων τὸ καθυπάγεσθαι παντὶ τῷ λέγοντι καὶ δόξαις ἄλλως κεναῖς (cod. Par. καιναῖς, supra αι scripto ε), l. l. t. VI, p. 119; Auctor. Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur, X, 12: Καὶ ὁμολογίᾳ χρῆσθαι, τοῦτο ῥῆμα ἐξ ἄλλης ἰδέας λόγων εἶναι· ἱκανὴ γὰρ ὁμολογία καὶ παραμυθία τῆς κενότητος κτλ., ubi καινότητος legendum esse monuit Sylburg.; Dionys. Halic. in Isocr. XIII: Φιλόνικος μὲν γὰρ ὁ διαλεκτικὸς, τὴν ἄλλην κατασκευὴν τῆς λέξεως ἐπαινῶν τἀνδρὸς τῆς καινότητος. Sylburg. scribendum esse suspicabatur κενότητος, quod firmat cod. Par. N° 1742. Ex hac confusione ortum est proverbium: πολλὰ καινὰ ὧν τὰ πλεῖστα κενά. Addam κοινός pro κενός et καινός sæpe occurrere. Cf. in primis Dorvill. in Chariton. p. 625-626; Cl. Boissonad. in Planud. Metamorph. p. 528, not. 1; Cl. Hase, in Lyd. De ostent. p. 316; Cl. Letronne, l. l., p. 491. Μεταδοθήσεσθαι, quod bene congruit cum sententia, scripsi pro elementis quæ Ms. præbet, v. 6: **...ΓΙΤ ΙCΘΑ.**

In hujus perdifficilis loci interpretatione atque restitutione multa me angebant. Nonnihil enim religionis movebat ἦσαν sic positum post καὶ πάρεστιν ἐν ἑτοίμῳ λέγειν, præter quam quod hærebam dubius de sensu verborum ἀπ' αὐτῆς τέχνης παισί. Quæ partes in omnes versanti mihi tandem visum est, h. l. ἀπό significare causam efficientem, vel potius instrumentum; ut sensus sit, sive *secundum solam artem*, sive *solius artis ope*. De tali significatione præpositionis *ἀπό*, legenda sunt ea quæ annotantur in Viger. Idiotism., l. l., p. 581-582. Proinde intelligo: « In opinione vana versabantur, solius artis

ope, vel pueris traditum iri inventionem argumentorum convenientium in rhetoricis », ubi omnia cohærent.

Equidem parum confido ea erudito lectori esse factura satis; hæc autem sic posui atque interpretatus sum; quia multum cogitanti mihi nihil aliud occurrebat præferendum.

V. 22-23. Περὶ τῶν θετικῶν... Τὰ θετικά sic dicta sunt a Θέσις, quæstio infinita et universalis, ut de rebus bonis et malis, de justitia et injustitia, de gloria etc.; cui contraria est ὑπόθεσις, quæstio finita, de certis rebus, quæ ad certas personas, locum, causas, tempora refertur. Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh. p. 156: « Illa est philosophorum, hæc oratorum. Vid. Sturm. ad Hermog. Στάσ. p. 10 et 11. » Idem, in voc. Ὑπόθεσις, p. 364: « Ὑπόθεσις... *quæstio finita* rebus et personis, qualis in orationibus forensibus requiritur, et opposita est τῇ θέσει, quæ est quæstio indefinita et uuiversalis, cujus vim et indolem separatim suo loco declaravimus. » Anonym. Schol. in Aphthon., Rh. gr. Walz., t. II, p. 65: Ὑπόθεσίς ἐστι ζήτησις πολιτικὴ ἐφ' ὡρισμένων προσώπων καὶ πραγμάτων τὴν ἀμφισβήτησιν ἔχουσα, καὶ ἀπαιτοῦσά τινα παρὰ τῶν ἀκουόντων μετὰ τὸν λόγον ἐνέργειαν. Apud Quinctil. III, 5, θέσεις vocantur *infinitæ quæstiones*, quæ remotis personis, temporibus, locis cæterisque similibus, in utramque partem tractantur. Sunt igitur τὰ θετικά, *infinita;* quod firmant Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus: Σημειωτέον ὡς ἐξετάζοντας τὸν πλοῦτον καὶ τὰ ἄλλα, δεῖ τὰς κατασκευὰς αὐτῶν καθολικὰς εἶναι καὶ τρόπον τινὰ θετικάς. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 352; Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus: Συστησόμεθα δὲ τοῦτο θετικῶς λέγοντες, ὅτι πᾶσα πρᾶξις ἐκ τῆς προαιρέσεως δοκιμάζεται. Ibid. p. 665. Georg. Pletho, Rhetoric. Compend.: Καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον κεφάλαιον δεῖ θετικῶς εἰσάγειν τὸν ῥητορεύοντα. Ibid. t. VI, p. 556. Θετικὸν κεφάλαιον idem esse quod Θέσις patet ex Theon. Progymnasm. l. l., t. I, p. 166: Ἔστι δὲ καὶ ἐν ἑκάστῳ λόγῳ εὑρεῖν θετικὸν κεφάλαιον· οἷον ἐν τῷ Δημοσθένους κατὰ Ὀνήτορος ἐξούλης εἰ ἀληθεῖς αἱ βάσανοι, καὶ ἐν τῷ παρὰ Αἰσχίνῃ κατὰ Τιμάρχου, εἰ ἀληθεῖς αἱ φῆμαι, καὶ ἄλλα ἄλλοθεν.

Hæc Noster dicit in Aristotelis locos communes. Ad rem

apprime facit Cic. Orat. XIV : « *Hæc* igitur *quæstio* a propriis personis et temporibus, *ad universi generis orationem traducta,* appellatur *Thesis.* In hac Aristoteles adolescentes, non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum, in utramque partem, ut ornatius et uberius dici posset, exercuit; idemque *locos,* sic enim appellat, quasi argumentorum notas, tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio. »

V. 23-24. Ἡδονῆς μὲν γέμει... Similia habet Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Ἐνταῦθα γὰρ ἡ ἀφήγησις κατὰ τάξιν τῶν πραγμάτων φυσικὴν, καὶ ὅμως τὴν μέθοδον ἔχουσα εὐκρινείας πολλῶν γέμει τῶν καλλίστων. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 188. Cf. Platon. Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 189 : Οὐκοῦν ὁ τέχνην οἰόμενος ἐν γράμμασι καταλιπεῖν καὶ αὖ ὁ παραδεχόμενος, ὥς τι σαφὲς καὶ βέβαιον ἐκ γραμμάτων ἐσόμενον, πολλῆς ἂν εὐηθείας γέμοι.

V. 26-27. Τὸ δὲ — αὐτοῖς... In Ms. hæc sic leguntur : ΤΟΔΕΤΟϹΟ7ΤΟΚΑΙΝ7ΝΕΙΓΕΙΝ...ΤΟ. Ubi pro ...το posui αὐτοῖς, ut sibi constet sententia.

COLUMNA XXVI.

V. 1-2. Τέχνη, κατὰ μάθησιν... Artem anteit disciplina, teste Geometra, apud Doxopat. Homil. in Aphthon. : Ὁ δὲ Γεωμέτρης διαφέρειν φησὶ τέχνην καὶ ἐπιτήδευμα, τῷ τὰς μὲν τέχνας διὰ μαθήσεως ἡμῖν μόνοις προσγίνεσθαι, τὰ δὲ ἐπιτηδεύματα καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν εἰς μεταχείρισιν ἥκειν. Rh. gr. Walz., t. II, p. 430. Quid sit τέχνη et ἐπιτήδευμα docet Ammon. De Simil. et different. vocab.: Τέχνη ἐπιτηδεύματος διαφέρει. Τέχνη μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄνευ λόγου μὴ δυναμένη εἶναι, οἷον γραμματικὴ, ῥητορική. Ἐπιτήδευμα δὲ, τὸ λόγου χηρεῦον, οἷον χαλκευτικὴ, τεκτονική. Cf. Doxopat. l. l., p. 109; Troil. Rhetor.

Prolegom. ibid. t. VI, p. 43; Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus, ibid. t. IV, p. 41; Marcellin. ibid. p. 53. Sopat. in Hermog. Rhet., ibid. V, p. 4, ubi tradit quid inter *artem* et *scientiam* intersit: Διενήνοχε δὲ ἡ τέχνη τῆς ἐπιστήμης, τῷ μὴ ἀδιαπτώτῳ κεχρῆσθαι τῷ σκοπῷ, ἀλλὰ μεθαρμόζεσθαι πρὸς πρόσωπα καὶ καιρούς. Philodemus *Artem* definit in Ms. De Rhetorica, N° 1674, col. LIV, v. 9-13 : ΦΗΜΙΚ7ΙΤΑ7ΤΑΚΑΙΤΑΤΟΙΑ7ΤΕΧ-ΝΑCΚΑΛΕΙΝΑΛΛΑΤ.ΠΡΟCΦΕΡΟΜΕΝΑΤΟ ΜΕΘΟΔΙΚΟΝC..ΠΡΟΧΕΙ.... Quæ ita restituenda propono : Φημὶ καὶ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τέχνας καλεῖν, ἀλλὰ τὰ προσφερόμενα τὸ μεθοδικὸν ὡς προχείρως.

V. 3-4. Περὶ ἀορίστων καὶ περὶ ὡρισμένων... Hermog. De Formis, I: Καὶ ὅλως καθ' ἕκαστον ἐθέλων αὔξειν εὕροις ἂν πολλὰ καὶ ἐνθυμήματα καὶ παραδείγματα, καὶ ὡρισμένα καὶ ἀόριστα. Cf. Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. IV, p. 92. Memoranda videntur quæ ibid., in margine codicis Paris. apud Syrian. p. 90, not. 10 adscribuntur: Ὡρισμένα καλεῖται ὧν ἡ ποιότης ἐν ταῖς ἱστορίαις ὥρισται, καὶ δῆλά ἐστιν αὐτοῖς τὰ πεπραγμένα, καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἕτερόν τι εἰπεῖν, οἷον περὶ Δημοσθένους οὐκ ἂν εἴποιμεν, ὡς ἀνδρεῖος ἦν, τῶν ἱστοριῶν δεικνυουσῶν, ὡς ἐν ταῖς μάχαις ἐλειποτάκτει, καὶ περὶ Περικλέους οὐδεὶς ἂν εἴποι, ὡς ἦν ταπεινὸς, τοῦ φρονήματος αὐτοῦ δεικνυμένου ἐκ τῆς ἱστορίας κτλ.

V. 13-14. Μαργίτου μανίας... Hæc proverbialiter dicta fuisse ostendunt quæ tradit Suidas, p. 2398, ed. Gaisford.: Μαργίτης· Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος ἐπωνυμίαν Ἀλεξάνδρῳ ἔθετο. Ἐκάλουν δὲ τους ἀνοήτους οὕτως. Sic Polyb. in Excerpt. a Valesio, p. 58: Ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσειεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον. Cf. quos citat Gaisford., atque H. Stephan. Thes. t. II, p. 793, ed. 1572.

V. 22. Πρὸς ἕκαστον... Verba πρὸς ἕκαστον idem significant quod εἰς ἕκαστον, v. 19. In interpretando δεσμῶν ἔχει χρείαν, seriem sententiarum secutus sum, quum verba obscuriora viderentur.

V. 24. Ἐκ περιουσίας... Verbis ἐκ περιουσίας frequenter utuntur rhetores. Sic Auctor Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur,

X, 16: Φαίη τις ἂν ἐκ περιουσίας ταῦτα λέγεσθαι· ἀλλὰ τοὺς πλείους τῶν λόγων ἐπ' αὐτοῖς ἀναλίσκουσιν. Ἔπειτα εἰδέναι δεῖ καὶ περὶ τῶν ἐκ περιουσίας κεφαλαίων τί τότε λεκτέα ἐστὶν κτλ. Doxopat. Homil. in Aphthon.: Ἡ δὲ συγχώρησις μετὰ τὴν ἀνασκευὴν τῶν ἀντιδίκου λόγων ὥσπερ ἐκ περιουσίας τινὸς ἐπάγεται. Rh. gr. Walz. t. II, p. 343. Idem, ibid., p. 374: Ἐπειδὴ δὲ τὰ δι' ὧν εἰς τὴν ῥητορείαν γυμναζόμεθα παραδιδοὺς, καί τινα ὠφέλιμα ἔξωθεν παρεπόμενα διδάσκει, ἐκ περιουσίας τοῦτο ποιῶν, οὐ μέμψεως μόνον πάσης ἀνώτερος, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνων μεγίστων καθέστηκεν ἄξιος. Cf. Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. IV, p. 49; 499; Marcellin. p. 410; Apsin. περὶ προοιμίων, VII, l. l., t. IX, p. 509: Εἰσὶ δὲ τῶν ἀνατροπῶν αἱ μὲν ἁπλαῖ, αἷς ἤδε ἡ μέθοδος εἰσπίπτει· αἱ δὲ, ἐκ περιουσίας, ὡς ἐν ἐκείνῳ· εὐηργέτησε, τοῦτο ἁπλῶς· εἶτα μεθ' ὑπερβολῆς, οἷον· οὐ μόνον οὐκ εὐηργέτησεν, ἀλλὰ καὶ τάδε ἠδίκησε. Est quoque peculiaris περιουσία, quæ eam vim habet, ut orator in exordio ita fere causam constituat: *de minore crimine accuso, quum potuissem de majore*. Cf. Hermog. De Invent. I; Quinctil. IV, 5, 15; V, 6, 2; VIII, 3, 88; Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh. p. 259.

V. 26. Ἄφατον... Ms. habet Α...ΑϹΟΝ. Posui ἄφατον, quia mihi nulla alia ratio probabilis occurrit commodum inde sensum eliciendi.

COLUMNA XXVII.

V. 1. Εὑρεῖν... Tam frequens occurrit η pro ει, ut nihil facilius sit quam εὑρεῖν elicere ex ЄϒΡΗΝ, quod in Ms. legitur. Unum exemplum citare satis erit, quod ad h. l. apprime facit: καταφυγήν et καταφυγεῖν confunduntur apud Lydum, de Ostent., p. 160, ed. Cl. Hase. Quod ad εὑρεῖν adtinet, cf. Dionys. Halic. in Lysia, XIV: Εὑρετικὸς γάρ ἐστι τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐνόντων λόγων ὁ ἀνὴρ, οὐ μόνον ὧν ἅπαντες εὕροιμεν, ἀλλὰ καὶ ὧν μηθείς.

V. 2. Λέγειν δύνασθαι... Pro λέγειν, Ms. habet ΛΟΓΕ..., atque in margine N, cum vestigio litteræ I. Unde elicere fuit ΛΟΓΕΙΝ=ΛΕΓΕΙΝ.

V. 8-10. Κατὰ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις ἐπιβλεπομένων... Hinc Epicureum facile agnoscas, docente Diog. Laert. X, 31: Ἐν τοίνυν τῷ κανόνι λέγει ὁ Ἐπίκουρος κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις, καὶ προλήψεις καὶ τὰ πάθη. Subjiciam ipsius Epicuri verba, Epist. ad Herodotum, l. l., 37-38: Πρῶτον μὲν οὖν— εἴτε κατὰ τὰς αἰσθήσεις δεῖ πάντα τηρεῖν καὶ ἁπλῶς τὰς παρούσας ἐπιβολὰς τῆς διανοίας, εἴτε καθ' ὅτι δή ποτε τῶν κριτηρίων. Intelligo perceptiones quas nobis comparamus per sensus. Cf. H. Stephan. Thes. t. I, p. 1062, ed. Didot.

V. 10-11. Κἂν ὑπὸ παιδὸς ἐλεγχθείησαν... Occurunt similia in Platon. Gorg. Bekk. ed. Lond. 1826, t. III, p. 205: Χαλεπόν γέ σε ἐλέγξαι, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' οὐχὶ κἂν παῖς σε ἐλέγξειεν ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγεις. Ibid., p. 210: Καὶ νῦν ἄλλο τι οὗτός ἐστιν ὁ λόγος ᾧ με καὶ ἂν παῖς ἐξελέγξειε. De voce παῖς in plerisque proverbialibus dictis cf. H. Stephan. Thes. t. III, p. 6, ed. 1572.

V. 16-18. Τοὺς ἀναγκαίους—καὶ τοὺς ἐνδεχομένους... Quid significent λόγοι ἀναγκαῖοι atque λόγοι ἐνδεχόμενοι aperte declarat Aristot. Rhet. I, 2: Ἐπεὶ δέ ἐστιν ὀλίγα μὲν τῶν ἀναγκαίων ἐξ ὧν οἱ ῥητορικοὶ συλλογισμοί εἰσι· τὰ γὰρ πολλὰ περὶ ὧν αἱ κρίσεις καὶ αἱ σκέψεις ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν. Περὶ ὧν μὲν γὰρ πράττουσι, βουλεύονται καὶ σκοποῦσι· τὰ δὲ πραττόμενα πάντα τοιούτου γένους ἐστί· καὶ οὐδὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐξ ἀνάγκης τούτων. Τὰ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνοντα καὶ ἐνδεχόμενα ἐκ τοιούτων ἀνάγκη ἑτέρων συλλογίζεσθαι. Δῆλον δ' ἡμῖν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν. Φανερὸν, ὅτι ἐξ ὧν τὰ ἐνθυμήματα λέγεται, τὰ μὲν ἀναγκαῖα ἔσται· τὰ δὲ πλεῖστα, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· λέγεται γὰρ ἐνθυμήματα ἐξ εἰκότων καὶ σημείων· ὥστε ἀνάγκη τούτων ἑκάτερον ἑκατέρῳ ταὐτὸ εἶναι. Τὸ μὲν γὰρ εἰκός ἐστιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενον· οὐχ ἁπλῶς δὲ, καθάπερ ὁρίζονταί τινες, ἀλλὰ τὸ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, οὕτως ἔχον πρὸς ἐκεῖνο πρὸς ὃ εἰκὸς, ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος.

V. 24-26. Εἰ καὶ—τὰς ὀνομασίας... Quænam sint illæ ὀνο-

μασίαι quas Philodemus memorat, affirmare non ausim: dicam tamen hæc videri jacta in Stoicos qui, sicut cæteri rhetores tria genera admittentes, eosdem profecto de singulis generibus locos instituerant. Quod ad deliberativum genus adtinet, quales hi loci fuerint colligere licet ex Auctore Rhetoric. ad Alexandr. Cap. II; apud quem veteris doctrinæ deprehendas vestigia, quibus institisse Stoicos vero simile est; dum contra Epicurei studerent ab Antiquis deflectere. Sæpe obvia est vox ὀνομασία apud rhetores. Longin. Fragment. III: Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν προειρημένων αὐτὸ τὸ μετρούμενον, τουτέστι τὸ ποίημα, μέτρον προσαγορεύεται, καὶ ἕκαστον τῶν μετρούντων τῆς ὁμοίας τετύχηκεν ὀνομασίας. Syrian. in Hermog. De Formis, Rh. gr. Walz. t. VII, p. 99: Τεχνίτου γὰρ ἀνδρὸς καὶ μάλα σοφοῦ μὴ συμβολικὰς τιθέναι ὀνομασίας, ἀλλὰ τῶν ὑποκειμένων ἐμφαντικάς, ὃ ποιεῖ τεχνικὸς κτλ.

COLUMNA XXVIII.

V. 1-7. Ἔτι δὲ—ὑπερβῶσι... Quænam talia sint ut fieri possint necne diserte tradit Aristot. Rhet. II, 19: Πρῶτον μὲν οὖν — δῆλον. Quod ad verba Philodemi adtinet, pro ΓΑΡΑ ΛΑΒΩ.., v. 6, posui παραλάβωσι, quocum sæpe παραβάλωσι confunditur. Audiendus Cl. Boissonad. in Planud. Metamorph. p. 164, not. 1: « Sexcenties aoristi verborum βάλλω et λαμβάνω permutati fuerunt a librariis. Cf. notas ad Nicetam Eugen. p. 162, 353. Euripides Phœn. 1681=1161: Σὺ δ' ἀλλὰ νεκρῷ λουτρὰ περιβαλεῖν μ'ἔα: non περιλαβεῖν.» Vide Cl. Hase, in Lydum, De Ostent. not. 316, A.

V. 8. Περιάπτειν... Solemnia sunt apud rhetores verba περιάπτειν et προσάπτειν. Dionys. Halic. Epist. ad Pompeium, III: Καὶ τῇ πόλει τῇ ἑαυτοῦ τὰς φανερὰς αἰτίας τοῦ πολέμου περιάπτειν, ἑτέρας ἔχοντα πολλαῖς ἀφορμαῖς περιάψαι τὰς αἰτίας Idem, De Thucyd., VI: Ἔπειτα κατὰ τὸ μηδὲν αὐτῇ μυθῶδες προσάψαι, μηδ' εἰς ἀπάτην καὶ γοητείαν τῶν πολλῶν ἐκτρέψαι. Joseph. rhacendyt. Synops. Rhetoric.: Γλυκύτης δέ ἐστι τὸ τοῖς

ἀψύχοις τὰ τῶν ἐμψύχων προσάπτειν. Rh. gr. Walz. t. III, p. 534.

V. 9-10. Διὰ μέσης—φυσιολογίας... Stoicos, ut opinor, Noster lacessit: apud eos enim physicæ res locum suum, et illum quidem permagnum, obtinuerant; id quod docet Diog. Laert. VII, 39: Τριμερῆ φασιν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον· εἶναι γὰρ αὐτοῦ τὸ μὲν φυσικόν· τὸ δὲ, ἠθικόν· τὸ δὲ, λογικόν. Ibid., 132: Τὸν δὲ φυσικὸν λόγον διαιροῦσιν εἴς τε τὸν περὶ σωμάτων τόπον, καὶ περὶ ἀρχῶν, καὶ στοιχείων, καὶ Θεῶν, καὶ περάτων, καὶ τόπου, καὶ κενοῦ κτλ. In iis quæ sequuntur fuse tradit Diog. Laert. Stoicorum placita *De Physicis*. Quamquam non constat | neque constare potest, quum Stoicorum Artes rhetoricæ interierint, eos docuisse φυσιολογίαν in Eloquentia magni esse momenti, id tamen conjicere licet. Compertum enim habemus in horum disciplina Rhetoricam cum Dialectica fuisse junctam. Cf. Cic. Orat. XXXII; Dissert. Isagog. p. LIX-LXI. Doctrina eorum *De Oratione* spectabat eo, ut ostenderent ex hac pendere omnia, quæ sive ad res physicas, sive ad morum disciplinam pertinent, Diog. Laert. ibid., 83: Καὶ τοιοῦτοι μὲν ἐν τοῖς λογικοῖς οἱ Στωϊκοὶ, ἵνα μάλιστα κρατύνωσι διαλεκτικὸν ἀεὶ εἶναι τὸν σοφόν. Πάντα γὰρ τὰ πράγματα διὰ τῆς ἐν λόγοις θεωρίας ὁρᾶσθαι, ὅσα τε τοῦ φυσικοῦ τόπου τυγχάνει, καὶ αὖ πάλιν ὅσα τοῦ ἠθικοῦ. Epicurei autem se physiologiæ peritissimos esse prædicabant. Cf. Plutarch. De Oraculorum defectu, t. VII, p. 434, ed. Reisk. Hoc firmat Polystratus docens veritatem per rectam physiologiam eliciendam esse, Epicureosque præponendos esse cæteris philosophis, quos non ὀρθῶς φυσιολογεῖν innuit: Μηδὲν μήτε περὶ τῆς τούτου (subintell. Θεοῦ) φύσεως καὶ βουλήσεως ἐξετάσαντας, μήτε περὶ τῆς ἡμετέρας. Φυσιολογήσαντας δ' ὀρθῶς περὶ πάντων τούτων μόνως ἐστὶ τὴν ἀλήθειαν συνιδεῖν. Καὶ γὰρ τὰ δυνατὰ καὶ ἀδύνατα, εἴτε κατὰ οὐσίαν, εἴτε κατὰ δύναμιν, ἢ ἐνέργειάν ἐστιν, Polystrat. De injusto Contemptu (alii vero inscribunt: *adversus eos, qui injuste contemnunt opiniones apud multos receptas*), col. V-VI, p. 11-13, Volum. Herculanensium quæ supersunt t. IV, Neapoli, 1832. Quid proinde

mirum, si ætatis suæ Stoicos inter philosophos κακῶς φυσιολογήσαντας Noster annumeraverit?

V. 10. Καινῆς... Ms. exhibet ΚΑΙ... Vocem καινῆς posui, ideo quod σκωμμάτιόν τι inesse videtur in Philodemi verbis. Huc me adduxerunt verba quæ quondam Philemon jactavit in Zenonem, Stoicorum principem; Diog. Laert. VII, 27: Οἵ γε μὴν Κωμικοὶ ἐλάνθανον ἐπαινοῦντες αὐτὸν διὰ τῶν σκωμμάτων, ἵνα καὶ Φιλήμων φησὶν οὕτως ἐν δράματι Φιλοσόφοις·

> Εἷς ἄρτον ὄψον, ἰσχάς, ἐπιπιεῖν ὕδωρ·
> Φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος φιλοσοφεῖ·
> Πεινῆν διδάσκει, καὶ μαθητὰς λαμβάνει.

V. 12-14. Τοὺς ἀληθεῖς ἐνεῖναι—οὐχὶ τοὺς ψευδεῖς... Vero simile videtur, ante ἐνεῖναι, v. 12, aliquid excidisse. Subintelligo vocem λόγους, quam sensus requirit. Quænam argumenta falsa, quænam vera fuerint, e mente Stoicorum, docet Diog. Laert. l. l., 79: Ἔτι τῶν λόγων οἱ μὲν ἀληθεῖς εἰσιν, οἱ δὲ ψευδεῖς. Ἀληθεῖς μὲν οὖν εἰσι λόγοι, οἱ δι' ἀληθῶν συνάγοντες, οἷον· εἰ ἡ ἀρετὴ ὠφελεῖ, ἡ κακία βλάπτει. Ψευδεῖς δέ εἰσιν οἱ τῶν λημμάτων ἔχοντές τι ψεῦδος, ἢ ἀπέραντοι ὄντες, οἷον· εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστιν· ἡμέρα δέ ἐστι· ζῇ ἄρα Δίων.

V. 14-18. Καὶ οὓς—ἢ πτερῶν ἐνδέουσιν... In his me multum torsi, ut sententiam sibi constantem inde elicerem. Sic interpretor: absurdum est ad novam physiologiam confugere, ideo quod in rebus vera argumenta insunt sæpius quam falsa; si modo Naturam ducem sequamur. Nunc autem, quum illi ipsi qui in primis deberent discrimen verorum et falsorum facere, a Natura recedunt, quomodo fieri posset, ut veris argumentis *non omnino careant?* sive, ut Noster dicit, *non multo magis careant quam pennis?* Neque habet quod offendat πτερῶν proverbialiter usurpatum. Vide πτερυγίζειν—πτερυγίζεις—πτερὸν ἀετοῦ πτεροῖς ἄλλων μιγνύεις, in Proverbiis e Zenodoto, Diogenian., Suid., collectan., Cent. XII; Michael. Apostolii Parœm. Cent. XVI; ed. Elzevir. Cf. Erasm. Chiliad. I, Cent. VI.

V. 19-27. Καὶ τῶν περὶ τοῦ δικανικοῦ—ταῖς ἀρεταῖς... Quæ Noster ad judiciale genus refert, hæc deliberativi generis partem esse tradit Auctor Rhetoric. ad Alexandr. cap. II: Ὧν μὲν

οὖν ὀρέγεσθαι δεῖ τοὺς προτρέποντας καὶ ἀποτρέποντας, ταῦτά ἐστιν. Ὁρίσασθαι δὲ πειράσομαι τούτων ἕκαστον τί ἐστιν, καὶ δεῖξαι πόθεν αὐτῶν εἰς τοὺς λόγους εὐπορήσομεν. Δίκαιον μὲν οὖν ἐστι τὸ τῶν ἁπάντων ἢ τὸ τῶν πλείστων ἔθος ἄγραφον διορίζον τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρά· τοῦτο δ' ἐστὶ τοὺς γονέας τιμᾷν, καὶ φίλους εὖ ποιεῖν, καὶ τοῖς εὐεργέταις χάριν ἀποδιδόναι. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οὐ προστάττουσι τοῖς ἀνθρώποις οἱ γεγραμμένοι νόμοι ποιεῖν, ἀλλ' ἔθει ἀγράφῳ καὶ κοινῷ νόμῳ νομίζεται. Non aliter Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus: Εἰδέναι χρὴ, ὅτι τῶν συμβουλευτικῶν ζητημάτων αἱ ὑποθέσεις εἰσὶν αἵδε, τὸ δίκαιον, τὸ συμφέρον, τὸ δυνατὸν, τὸ ῥᾴδιον, τὸ ἀναγκαῖον, τὸ ἀκίνδυνον, τὸ καλὸν, τὸ εὐσεβὲς, τὸ ὅσιον, τὸ ἡδὺ, καὶ τὰ ἐναντία τούτοις· καὶ οἱ μέγιστοι καὶ πρῶτοι τόποι οὗτοι. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 701. Neque est quod miremur; hæc enim duo genera inter se cognatione quadam conjungi docet Aristot. Rhet. I, 9: Ἔχει δὲ κοινὸν εἶδος ὁ ἔπαινος καὶ αἱ συμβουλαί· ἃ γὰρ ἐν τῷ συμβουλεύειν ὑποθοῖο ἂν, ταῦτα μετατεθέντα τῇ λέξει, ἐγκώμια γίγνεται. Ἐπεὶ οὖν ἔχομεν ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ποῖόν τινα εἶναι, δεῖ ταῦτα ὡς ὑποθήκας λέγοντας, τῇ λέξει μετατιθέναι καὶ στρέφειν· οἷον, ὅτι οὐ δεῖ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην, ἀλλὰ τοῖς δι' αὐτόν. Οὕτω μὲν οὖν λεχθὲν, ὑποθήκην δύναται· ὡδὶ δ', ἔπαινον· μέγα φρονῶν, οὐ τοῖς διὰ τύχην ὑπάρχουσιν, ἀλλὰ τοῖς δι' αὐτόν κτλ. In Ms. quædam, v. 26, valde adulterantur: ΑΙCΑCΑΙCΤΑ C. Posui: ἁπάσαις ταῖς, ut omnia cohæreant.

COLUMNA XXIX.

V. 1. Ὡς ὄνος λύρας... Arsenius, p. 384, ed. Walz.: Ὄνος λύρας ἀκούων κινεῖ τὰ ὦτα....Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων ἢ τῶν συγκαταθεμένων, μηδὲ ἐπαινούντων. Eadem docet Gaisford., Parœmiograph. Græc. Oxon. Frequens occurrit hoc proverbium: Clemens Alexandr. Stromat. I, p. 270, ed. Paris.: Υἱὲ, φησὶν,

ἐμῶν θεσμῶν μὴ ἐπιλανθάνου· εἰ δὲ μὴ πάντων ἡ γνῶσις, ὄνος λύρας, ᾗ φασιν οἱ παροιμιαζόμενοι, τοῖς πολλοῖς τὰ συγγράμματα. Eustath.: Ἄλλοις μὲν γὰρ ἐνδειξαίμην καὶ τὴν ἐμὴν θεατρίσαιμι μουσικὴν, οἳ ταύτης οὐδὲν μᾶλλον ἢ ὄνος λύρας ἐπαίουσι. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Ἐπὰν δέ τις τὴν στάσιν αὐτοὺς αἰτήσειε, τούτων δὴ τῶν οὐ περιττῶν, ὄνος, φησὶν, ἐπὶ λύραν, κἀπὶ λίθον ἔλαιον. Rh. gr. Walz. t. VI, p. 65. Cf. Anonym. Ecthes. Rhetoric. ibid. t. III, p. 731; Lucian. De merc. Cond. XXV. Insigne habes ex asino ortum proverbium in Platon. Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 137: Ὅταν οὖν ὁ ῥητορικὸς ἀγνοῶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν, λαβὼν πόλιν ὡσαύτως ἔχουσαν πείθῃ, μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς ὡς ἵππου τὸν ἔπαινον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ κτλ., unde σκιᾶς exterminavit Heindorf., merito ab Astio reprehensus. Cf. Stalbaum. p. 136, not. 1. In Schol. ibid., t. IX, p. 7: Ὄνου σκιὰ, ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων. Φασὶ δὲ εἱλκύσθαι τὴν παροιμίαν ἀπὸ τοῦ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι συμβάντος. Quod quomodo acciderit, lepide tradit; longius autem, quam ut ejus verba transcribam. Vide ibid. p. 7-8; Proverb. e Suid. collectan., Cent. XI.

V. 5-6. Τὰ φαινόμενα τοῖς πολλοῖς... Similiter sophistas Noster carpit in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835: Τὰ μὲν γὰρ καλὰ κἄδικα, ἀγαθὰ καὶ κακὰ, ταὐτὰ τοῖς ὑπὸ τῶν πολλῶν νοουμένοις ὁρμαίνουσιν οἱ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφοῦντες, col. XX, v. 25-30. Vide col. XXI-XXVIII, p. 35-49. Non erit abs re conferre sophistarum sententiam quam impugnat Plato, in Phædr. l. l., p. 136: Οὑτωσὶ περὶ τούτου (legendum esse censeo cum Stalbaum., p. 134, περὶ τούτων) ἀκήκοα, ὦ φίλε Σώκρατες, οὐκ εἶναι ἀνάγκην τῷ μέλλοντι ῥήτορι ἔσεσθαι τὰ τῷ ὄντι δίκαια μανθάνειν, ἀλλὰ τὰ δόξαντα ἂν πλήθει, οἵπερ δικάσουσιν, οὐδὲ τὰ ὄντως ἀγαθὰ ἢ καλὰ, ἀλλ' ὅσα δόξει· ἐκ γὰρ τούτων εἶναι τὸ πείθειν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἀληθείας.

V. 17-24. Τοὺς δὲ πιθανοὺς—εἰς συγκατάθεσιν ἐπισπωμένους... Hæc in Stoicos dicta fuisse colligere possumus ex eorum doctrina de πιθανῷ et συγκαταθέσει. Diog. Laert., VII, 75: Πιθανὸν δέ ἐστιν ἀξίωμα, τὸ ἄγον εἰς συγκατάθεσιν· οἷον, εἴ τίς τι ἔτεκεν, ἐκείνη ἐκείνου μήτηρ ἐστί. Ψεῦδος δὲ τοῦτο· οὐ γὰρ ὄρνις ᾠοῦ

ἐστι μήτηρ. Subjiciam Anonym. Ecthes. Rhetoric. presse τὸ πιθανόν definientem: Τὸ μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενον καὶ μὴ πανταχοῦ ἀληθεῦον, μετέχον μέντοι μᾶλλον ἀληθείας ἢ ψεύδους, πιθανόν ἐστι. Rh. gr. Walz. t. III, p. 736. Quædam sunt addenda de Συγκαταθέσει, secundum Stoicos. Diog. Laert. l. l., 46: Τήν τε ἀπροπτωσίαν ἐπιστήμην τοῦ πότε δεῖ συγκατατίθεσθαι, καὶ μή. Verba συγκατάθεσις et συγκατατίθεσθαι, explicat ex Arriano Aul. Gell., XIX, 1: « In eo libro, græca scilicet oratione, scriptum ad hanc sententiam legimus: visa animi, quas φαντασίας philosophi appellant, quibus mens hominis prima statim specie accidentis ad animum rei pellitur (alii: accidentibus ad animum repellitur) non voluntatis sunt, neque arbitraria; sed vi quadam sua inferunt sese hominibus. Noscitandæ probationes autem, quas συγκαταθέσεις vocant, quibus eadem visa noscuntur ac dijudicantur: voluntariæ sunt, fiuntque hominum arbitratu. Propterea, quum sonus aliquis formidabilis, aut cœlo aut ex ruina; aut repentinus nescius (alii: nescii, h. e. quod nescitur, cf. IX, 12) periculi nuncius, vel quid aliud ejusmodi factum; sapientis quoque animum paulisper moveri, et contrahi, et pallescere necessum est; non opinione alicujus male præcepta, sed quibusdam motibus rapidis et inconsultis officium mentis atque rationis prævertentibus. Mox tamen ille sapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας, visa istæc animi sui terrifica non approbat, hoc est, οὐ συγκατατίθεται, οὐδὲ προσεπιδοξάζει, sed abjicit respuitque; nec ei metuendum esse in his quicquam videtur. Atque hoc inter Insipientis Sapientisque animum differre dicunt, quod *Insipiens*, qualia esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva et aspera, talia esse vero putat et eadem incepta, quæ quasi jure metuenda sint, sua quoque assensione approbat, καὶ προσεπιδοξάζει. Hoc enim verbo Stoici, quum super ista re disserunt, utuntur. *Sapiens* autem, quum breviter et strictim colore atque vultu motus est, οὐ συγκατατίθεται, sed statum vigoremque sententiæ suæ retinet, quam de hujuscemodi visis semper habuit, ut de minime metuendis, sed fronte falsa et formidine inani territantibus. »

Quem locum optime interpretatus est Cl. J. Vict. Le Clerc, in Cic. Academ., t. XXVI, p. 280-281, ed. in 12. Rhetores hoc verbo persæpe utuntur; Doxopat. Homil. in Aphthon.: Καὶ εἰς συγκατάθεσιν ἰέναι πείθουσαν τοῦ προκειμένου ζητήματος, l. l., t. II, p. 124. Anonym. Schol. in eundem: Ἀντίθεσις...εἰς εὐλογωτέραν ἔννοιαν τὸν ἀκροατὴν μετάγουσα καὶ εἰς συγκατάθεσιν ἰέναι πείθουσα. Ibid. t. II, p. 7. Cf. Prolegom. Hermog. De Statibus, ibid. t. VII, p. 26. Longin. De Sublim. VII: Ὅταν γὰρ τοῖς ἀπὸ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων, βίων, ζήλων, ἡλικιῶν, λόγων, ἕν τι καὶ ταὐτὸν ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν ἅπασι δοκῇ, τόθ' ἡ ἐξ ἀσυμφώνων ὡς κρίσις καὶ συγκατάθεσις τὴν ἐπὶ τῷ θαυμαζομένῳ πίστιν ἰσχυρὰν λαμβάνει καὶ ἀναμφίλεκτον.

COLUMNA XXX.

V. 6-10. Ἐξευρίσκειν — μηδὲ πολλά... Locus pæne desperatus, in quo resarciendo multa me torserunt. Ita in Ms. exhibetur: ЄΞЄ7PICKЄINK\IΛ ⁻ЄINO...ΛOCЄX ЄINTITPOCTЄINω..ЄNOCANΘωTI.. 7 MAKA...NZωΓNЄΓωA K .....NOTO 7TCOΦICTACωHΔЄTOΛΛOC. V. 6-7, ex elementis O..ΛOC, eruitur KAΛΛOC. Pro ΓPOCTЄINω..ЄИOC, v. 7-8, scripsi: προτεινόμενος. Neque mihi moram ω attulit. Quod, ad πρός et πρό permutata adtinet, vide Dorvill. ad Chariton., p. 266, 267, 287, ubi horum verborum confusio illustratur, l. l. p. 287: » Nec mirum has præpositiones confundi, quum iisdem litteris, at diverso modo tantum positis, scribantur a librariis veteribus, in compositis, etc. » Cf. B. Montefalc. Palæogr., p. 343.

V. 27. Ἐπισπωμένους... In Ms. ЄITOΓAC. His elementis si addideris syllabas MЄNO7C, quæ sequuntur, col. XXXI, v. 1, habebis ЄITOΓACMЄNO7C, unde

facile fuit elicere ἐπισπωμένους, quod optime congruit cum iis quæ jam occurrerunt, col. XXIX, v. 22-24 : Ἢ καὶ τοὺς προχείρως εἰς συγκατάθεσιν ἐπισπωμένους.

COLUMNA XXXI.

V. 2. Τὸν φαυλότατον... Subintell. εἰς συγκατάθεσιν ἐπισπωμένους, cf. col. XXX, v. 26-27.

V. 2-13. Καὶ τὰ πλεῖστα — ἀδυνατήσειν.... Locum valde perturbatum et misere laceratum Ms. sic exhibet : ΚΑΙ
ΛΕΟΤΑΛΕΓΕΙΝΕΞωΤωΝΕΝΔΕΧΟ ΝωΝ
Δ O
ΤΑΠΑΡΑΛΟΓΙΖΟΜΕΝΑ ΠΟ7CΑΚΟ7 Ν
ΤΑC ΕΙ ΟΚΕΙΜΕΝΟΝΤΙCΤ
Ν ΑΚΑΝΕ7 ΠΑΝΤΑCΔΕΤΟ7CΕ
ΝΟΝΤΑCΞΕ ΙΤΙC ΝΑΠΟΤΙΝΟCΕΠΙΠ
Τω ωCΤ7Λ7ΊΗCΟΤΙΓΕΠΑΡΑΠΟ7
ΤΟ7CΟ7ΔΕΝΕCΤΙΝ Γ ΡΟΝΕ.ΠΕΙΝΑ
Δ7ΝΑΤΗCΕΙΝ. Hæc si contuleris cum iis quæ restitui, satis confido non omnino improbabiles visum iri conjecturas meas. Quod adtinet ad προχείμενον, v. 6-7, similia leguntur apud Hermog. Rhetoric. Prolegom. : Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα ἐπιστήμη ἔχει καὶ ὑποκείμενον, ἔχει καὶ τέλος. Καὶ ὑποκείμενον μέν ἐστι, περὶ ὃ καταγίνεται, περὶ ὃ ἐνεργεῖται, τέλος δέ ἐστιν, οὗ χάριν πάντα, αὐτὸ δὲ οὐδενός. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 3.

V. 14. Φιλοσοφωτέρας ἐστί... Eodem modo vocem φιλοσοφωτέρα adhibent Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus : Τὸ δίκαιον ὁ μὲν Πλάτων εἴς τε τὸ ὅσιον καὶ τὸ ὁμωνύμως τῷ γένει δίκαιον (Cod. Ven. καὶ τὸ δίκαιον ὁμωνύμως τῷ γένει) διαιρεῖ ἐν τῷ Εὐθύφρονι· ἔστι δὲ ἡ τοιαύτη ἀκρίβεια φιλοσοφωτέρα. l. l., t. IV, p. 731. Cf. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De For-

mis, I: Ὅσον ταῦτα ἐκείνων φιλοσοφώτερα, l. l., t. VI, p. 195.

V. 20. Ἀδιάληπτον... Vide quæ dixi de significatione vocis ἀδιαληψίας, col. XXIII, v. 17, annot., p. 134. Nunc autem de voce ἀδιάληπνον, h. l. assentior Cl. Passov. Cf. H. Stephan. ed. Didot. t. I, p. 858. Adludit Philodemus quum ad veteres, tum ad recentiores rhetores, qui uno tenore docuerant tria Rhetoricæ esse genera *judiciale*, *deliberativum*, *demonstrativum*; præcipue tamen ad Stoicos, quos tria genera causarum constituisse monuimus, Dissert. Isagog. p. LX.

V. 22-25. Τὰ μέν ἐστιν—καὶ ψόγους... Hujus divisionis rationem validissimis argumentis confirmat Aristot. Rhet. I, 3: Ἔστι δὲ τῆς ῥητορικῆς εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν· τοσοῦτοι γὰρ καὶ οἱ ἀκροαταὶ τῶν λόγων ὑπάρχουσιν ὄντες. Σύγκειται μὲν γὰρ ἐκ τριῶν ὁ λόγος, ἔκ τε τοῦ λέγοντος, καὶ περὶ οὗ λέγει, καὶ πρὸς ὅν· καὶ τὸ τέλος πρὸς τοῦτόν ἐστι, λέγω δὲ τὸν ἀκροατήν. Ἀνάγκη δὲ τὸν ἀκροατὴν, ἢ θεωρὸν εἶναι, ἢ κριτήν· κριτὴν δὲ, ἢ τῶν γεγενημένων, ἢ τῶν μελλόντων. Ἔστι δ' ὁ μὲν περὶ τῶν μελλόντων κρίνων, οἷον ἐκκλησιαστής· ὁ δὲ περὶ τῶν γεγενημένων, οἷον ὁ δικαστής· ὁ δὲ περὶ τῆς δυνάμεως, οἷον ὁ θεωρός· ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν· συμβουλευτικὸν, δικανικὸν, ἐπιδεικτικόν.

V. 26-27. Τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκάς... Doxopat., Homil. in Aphthon.: Ἵνα δὲ καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἔριδας καὶ κρίσεις διαλύωνται καὶ τὸ δικανικὸν ἐπεδίδαξαν. Rh. gr. t. II, p. 91.

COLUMNA XXXII.

V. 1-2. Τὰ συμφέροντα πᾶσιν... Aristot. Rhet. I, 3: Συμβουλῆς δὲ, τὸ μὲν, προτροπή· τὸ δὲ, ἀποτροπή. Idem, ibid., VI: Ἐπεὶ δὲ πρόκειται τῷ συμβουλεύοντι σκοπὸς, τὸ συμφέρον· βουλεύονται δὲ, οὐ περὶ τοῦ τέλους, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πρὸς τὸ τέλος· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ συμφέροντα κατὰ τὰς πράξεις· τὸ δὲ συμφέρον, ἀγαθόν· ληπτέον ἂν εἴη στοιχεῖα περὶ ἀγαθοῦ καὶ συμφέροντος ἁπλῶς κτλ. Doxopat., Homil. in Aphthon. l. l., t. II, p. 91: Ἵνα δὲ

πάλιν τοῖς μὲν λυσιτελοῦσι χρῶνται, τῶν δὲ ἀλυσιτελεστέρων ἀπέχωνται, τὸ συμβουλευτικὸν ἐπετήδευσαν. Quod genus quam sit utile demonstrat Doxopat., ibid. p. 141 : Ἐκ δὲ τοῦ τὰ συμφέροντα εὑρίσκειν, αἵ τε πολιτεῖαι καὶ ὁ βίος συνίσταται.

V. 4. Ἀπαλλάττειν... Tertium hoc genus, quod versatur περὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ ψόγους, col. XXXI, v. 24-25, vocatur ἐπιδεικτικόν. Aristot. l. l., 3 : Ἐπιδεικτικοῦ, τὸ μὲν, ἔπαινος· τὸ δὲ, ψόγος. Alii hoc idem nominant πανηγυρικόν. Cf. Prolegom. Rhetoric. Hermog. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 27 : Τρία τοίνυν τὰ ἀνωτάτω εἴδη τῆς ῥητορικῆς, συμβουλευτικὸν, δικανικὸν, πανηγυρικόν....Πανηγυρικὸν δὲ, δι' οὗ τοὺς ἐπαινουμένους καὶ ψεγομένους δημοσιεύομεν. Dionys. Halic., in Lysia, XV : Τριχῇ δὲ νενεμημένοου τοῦ ῥητορικοῦ λόγου, καὶ τρία περιειληφότος γένη, τό τε δικανικὸν, καὶ τὸ συμβουλευτικὸν καὶ τὸ καλούμενον ἐπιδεικτικὸν ἢ πανηγυρικόν. Peculiare tamen aliquid habere τὸ πανηγυρικὸν εἶδος docet Scheffer. in Georgii Plethonis Rhetoric. Compendium : « Videtur autem rectius sic (h. e. πανηγυρικόν) appellari, quotiens δικανικῷ et συμβουλευτικῷ opponitur. Nam, ut ista sic dicuntur ab iis, ubi solent proponi, ita hoc quoque debet; atque ita sicut δικανικόν est, quia habetur apud τοὺς δικαστάς, et συμβουλευτικόν, quia apud τὴν βουλὴν, sic πανηγυρικόν sit, quia habetur in πανήγυρι. Contra rectius ἐγκωμιαστικόν, quotiens κατηγορικῷ opponitur et προτρεπτικῷ : quoniam, sicut horum est adhortari vel accusare, ita illius esset laudare; atque adeo propositi respecto, sic omnia similiter dicerentur. »

V. 8. Ὑπερθήσομαι... Tractantur hæc in Ms. Philodemi libro de Rhetorica, cui apponitur numerus 1674. Eodem sensu occurrit ὑπερτίθεσθαι apud Syrian. in Hermog. De Formis : Ζητεῖν οὖν ὑπερθέμενοι περὶ τοῦ σκοποῦ τοῖς ἐνισταμένοις, πρὸς τὴν ἐπιγραφὴν ἀπαντήσωμεν. Rh. Gr. Walz. t. VII, p. 99.

V. 9. Ἀδολέσχως τάδε ἐκεῖ... In Ms. : ΑΔΟΛΕϹΧ Γ ΟΝΕΚΗ. Pro ΕΚΗ, posui ἐκεῖ, quod requirebat sensus : ubique autem permutantur η et ει.

V. 14-15. Δικαστηριακόν... Hanc vocem, quamquam in Lexicis deest, libenter admittendam esse censui; optime enim τῷ δικανικῷ opponitur; id quod sensus postulat, ut sit δικανι-

κόν *vere et genuine judiciale*, δικαστηριακόν autem *genus idem vitiatum et corruptione depravatum*. Immo δικανικῶς malam in partem accipiebatur; Chariton, V, 4 : Ταῦτα δικανικῶς μὲν εἶπεν ὁ Διονύσιος. Ubi latinus interpres : « Hæc subtiliter quidem et speciose Dionysius ex fori usu disserebat. » Rectius Dorvill. in Animadv. : « *Ut peritus juris* non modo, verum etiam *ut vafer leguleius*. » Eloquentiam in judiciis usitatam, acerbe carpit Plato, in Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 179-180 : Τὸ παράπαν γὰρ οὐδὲν ἐν τοῖς δικαστηρίοις τούτων ἀληθείας μέλειν οὐδενὶ, ἀλλὰ τοῦ πιθανοῦ. Τοῦτο δ' εἶναι τὸ εἰκὸς, ᾧ δεῖν προσέχειν τὸν μέλλοντα τέχνῃ ἐρεῖν. Οὐδὲ γὰρ αὖ τὰ πραχθέντα δεῖν λέγειν ἐνίοτε, ἐὰν μὴ εἰκότως ᾖ πεπραγμένα, ἀλλὰ τὰ εἰκότα, ἔν τε κατηγορίᾳ καὶ ἀπολογίᾳ· καὶ πάντως λέγοντα τὸ δὴ εἰκὸς διωκτέον εἶναι, πολλὰ εἰπόντα χαίρειν τῷ ἀληθεῖ. Cf. Eumdem, in Euthydemo, l. l., t. IV, p. 94.

V. 15. Καὶ πόλει... Ad civitatem, non ad privatos spectare *deliberativum genus* probant capita quæ veteres docebant hoc genere esse tractanda; Aristot. Rhet. I, 4 : Σχεδὸν γὰρ περὶ ὧν βουλεύονται πάντες, καὶ περὶ ἃ ἀγορεύουσιν οἱ συμβουλεύοντες, τὰ μέγιστα τυγχάνει πέντε τὸν ἀριθμὸν ὄντα· ταῦτά δ' ἐστὶ, περί τε πόρων, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης· ἔτι δὲ περὶ φυλακῆς τῆς χώρας καὶ τῶν εἰσαγομένων καὶ ἐξαγομένων, καὶ περὶ νομοθεσίας.

V. 24-25. Ἀλλὰ ἡμῖν... Hæc Αὐτόγραφον ita præbet : **ΑΛΛΑΗΜΩΙ**. Quanquam de uno agitur, non dubitavi quin reponendum esset ἡμῖν. Exempla, loco omnium, suppeditabat Isocr. De Antidos. XX, ed. Coray : Δι' ἑτέρων ποιοίμην τὴν ἀπολογίαν, ἐξὸν αὐτοὺς δείξαντι τοὺς λόγους διαλῦσαι τὴν διαβολὴν τὴν λεγομένην περὶ ἡμῶν. In hoc Philodemi loco ἀλλά significare arbitror *sed etiam*, subaudito καί. Cf. H. Stephan. Thes. ed. Didot., t. I, p. 1506, 1509.

COLUMNA XXXIII.

V. 2-3. Τούτων ἑκάτερον... Nimirum judiciale et deliberativum genus.

V. 3-6. Οὐχ ὑπὸ τῶν σοφιστῶν — καὶ κατὰ δύναμιν ἄλλην... Audiendus Aristot., Rhet. I, 4 : Καθ' ἕκαστον μὲν οὖν ἀκριβῶς διαριθμήσασθαι, καὶ διαλαβεῖν εἰς εἴδη περὶ ὧν εἰώθασι χρηματίζειν· ἔτι δ', ὅσον ἐνδέχεται περὶ αὐτῶν διορίσαι κατὰ τὴν ἀλήθειαν, οὐ δεῖ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ζητεῖν, διὰ τὸ μήτε τῆς ῥητορικῆς εἶναι τέχνης, ἀλλ' ἐμφρονεστέρας καὶ μᾶλλον ἀληθινῆς· πολλῷ δὲ πλείω δεδόσθαι καὶ νῦν αὐτῇ τῶν οἰκείων θεωρημάτων. Cic. De Orat. I, 18-19 : « Charmadas vero multo uberius iisdem de rebus loquebatur.... quum maxime tamen hoc significabat eos, qui rhetores nominarentur, et qui dicendi præcepta traderent, nihil plane tenere, neque posse quemquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset. — Littera in eorum libris nulla inveniretur. »

V. 9-10. Τοῖς πολιτικοῖς τῶν ῥητόρων... Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh. p. 278-281, docet omnem varietatem significationum quas voci πολιτικός attributas reperimus. Pauca subjiciam, quæ omisit, etsi non parum facere videntur ut manifestum fiat, quomodo *civilis oratio* nonnunquam laudationem vituperationemque tangat. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I : Ἔστι γοῦν ὁ λόγος πολιτικὸς πανηγυρικός· πολιτικὸς μὲν, ὅτι ἀμφισβήτησιν ἔχει· πανηγυρικὸς δὲ, ὅτι δι' ἐπαίνων καὶ ψόγων ἐστὶν ἡ ὅλη αὐτοῦ διαρτία· ἀνάγκη γὰρ ἑκάτερον τῶν μερῶν ἐξαίρειν μὲν τὸ οἰκεῖον, μειοῦν δὲ τὸ ἐναντίον. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 483. Idem quid sit πολιτικὸς λόγος, quibusque conveniat, pressius definit, l. l., p. 466-472.

V. 10-11. Παρασπείρεται... Laudationum in civilem orationem insertarum unum exemplum referre satis erit, quod præbet Demosthenes, agendi rationem æqualium suorum rebus gestis a majoribus, recentioresque oratores antiquis comparans; quem locum citat Dionys. Halic., De Admiranda vi dicendi in Dem. XXI : Καί τοι σκέψασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἅ τις ἂν κεφάλαια εἰπεῖν ἔχοι, τῶν τε ἐπὶ τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν (Dionys. ἐφ' ἡμῶν, quæ confusio est ubique obvia). Ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν (Dionys. χρωμένοις ὑμῖν παραδείγμασιν), ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι

γενέσθαι (Dionys. γίγνεσθαι, alteri postponendum). Ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες (Dionys. ἐχαρίζοντο οἱ λέγοντες), οὐδ' ἐφίλουν αὐτοὺς, ὥσπερ ὑμᾶς οὗτοι νῦν, πέντε μὲν καὶ ἑξήκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἑκόντων· πλείω δ' ἢ μύρια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγον (Dionys. συνήγαγον.) Ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεὺς, ὥσπερ ἐστὶ προσῆκον βάρβαρον Ἕλλησι. Πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ πεζῇ (Dionys. καὶ πεζοὶ), καὶ ναυμαχοῦντες ἔστησαν τρόπαια αὐτοὶ στρατευόμενοι. Μόνοι δὲ ἀνθρώπων κρείττω τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δόξαν τῶν φθονούντων κατέλιπον κτλ.

V. 24. Ἐκδεδομένους ... Simili modo, orationum a se editarum meminit Isocr., De Antidos. V, ed. Coray.: Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, ἔγραφον τὸν λόγον τοῦτον, οὐκ ἀκμάζων, ἀλλ' ἔτη γεγονὼς δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Διόπερ χρὴ συγγνώμην ἔχειν, ἢν μαλακώτερος ὢν φαίνηται τῶν ὑπ' ἐμοῦ πρότερον ἐκδεδομένων.

COLUMNA XXXIV.

V. 1-2. Πᾶν ὅλως πρᾶγμα... Inde a Gorgia sophistæ de quacumque re se dicturos esse gloriabantur. Quorum vanitatem carpit Plato, in Gorg. Bekk. ed. Lond. 1826, t. III, p. 132, 133: Οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾷν, ὦ Σώκρατες. Καὶ γὰρ αὐτῷ ἓν τοῦτ' ἦν τῆς ἐπιδείξεως· ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾷν ὅ τι τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι κτλ. Similia tradit Cic. De Orat. I, 22: « Quando enim me ista curasse aut cogitasse arbitramini, et non semper irrisisse potius eorum hominum impudentiam, qui, quum in schola assedissent, ex magna hominum frequentia dicere juberent, si quis quid quæreret. Quod primum ferunt Leontinum fecisse Gorgiam; qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur, quum se ad omnia de quibus quisque audire vellet esse paratum denuntiaret. Postea vero vulgo hoc facere cœperunt, hodieque faciunt; ut nulla sit res, neque tanta, neque tam nova, de qua non se omnia quæ dici possunt, profiteantur esse dicturos. » Cf. De Finib. II, 1. Idem pollicetur Hippias, apud

Platon. Hipp. min. l. l., t. III, p. 4 : Καὶ γὰρ ἂν δεινὰ ποιοίην — νῦν δὲ τὴν Σωκράτους ἐρώτησιν φύγοιμι. Quam vana essent nonnunquam argumenta laudantibus proposita docet Aristoteles, Rhet. I, 9 : Συμβαίνει καὶ χωρὶς σπουδῆς καὶ μετὰ σπουδῆς ἐπαινεῖν πολλάκις οὐ μόνον ἄνθρωπον ἢ θεὸν, ἀλλὰ καὶ ἄψυχα, καὶ τῶν ἄλλων ζώων τὸ τυχόν. Quid mirum, si in tam inania abierunt? Plato, in Conviv., l. l., t. V, p. 16 : Εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστὰς Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην ξυγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος. Καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστὸν, ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἅλες ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν · καὶ ἄλλα τοιαῦτα συχνὰ ἴδοις ἂν ἐγκεκωσμιασμένα. Isocr. Helen. Encom. VI, ed. Coray. : Οἱ δὲ κοινοὶ καὶ πιστοὶ καὶ τούτοις ὅμοιοι τῶν λόγων, διὰ πολλῶν ἰδεῶν καὶ καιρῶν δυσκαταμαθήτων εὑρίσκονταί τε καὶ λέγονται, καὶ τοσούτῳ χαλεπωτέραν ἔχουσι τὴν σύνθεσιν, ὅσῳ περ τὸ σεμνύνεσθαι τοῦ σκώπτειν, καὶ τὸ σπουδάζειν τοῦ παίζειν ἐπιπονώτερόν ἐστι. Σημεῖον δὲ μέγιστον · τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιοὺς, καὶ τοὺς ἅλας, καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν, οὐδεὶς πώποτε λόγων ἠπόρησεν. Notissimus Polycrates ille qui laudavit murem, Aristot. Rhet. II, 24. Cf. Spengel. Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 75. Haud immerito Noster invectus est in sophistas ætatis suæ, quos in similibus nugis totos esse videret.

V. 14-16. Οὐδ' ἐστὶν — ἅ τις φήσει... Eadem religione minime tenetur Aristot. Rhet. I, 9, ubi præcepta tradit sophistis vere digna : Ληπτέον δὲ καὶ τὰ σύνεγγυς τοῖς ὑπάρχουσιν, ὡς ταὐτὰ ὄντα, καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ πρὸς ψόγον · οἷον, τὸν εὐλαβῆ καὶ εὔψυχον, δειλὸν καὶ ἐπίβουλον · καὶ τὸν ἠλίθιον, χρηστὸν, καὶ τὸν ἀνάλγητον, πρᾷον, κτλ.

V. 18. Ἐπιδέχεται... Haud absimiliter Noster, in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1832, col. XIV, v. 14-19 : Ῥήτορες μέν εἰσι δυνατώτατοι, τῷ δ' ἔθει (leg. ἤθει) παμπόνηροι· τὸ δὲ καθὸ τοιοῦτόν τί ἐστι προσὸν, οὐκ ἐπιδέχεται χωρισμόν. Sic Hermog. De Statibus : Οὐκ ἐπιδέχεται δὲ ἐξέτασιν τά τε ἀόριστα... καὶ τὰ ἰσάζοντα δι' ὅλου, Rh. gr. Walz. t. III, p. 3 : ad quæ Marcellin., in Schol. : Ἰσάζοντα καλεῖ, τὰ ἔχοντα τὰς προτάσεις ἴσας καὶ πίστεις τὰς αὐτὰς τοῖς ἀντιδίκοις. Ex eodem Marcellino addam : Τὰ μὲν γὰρ ἀγῶνα ἐπιδέ-

χεται, τὰ διαβεβλημένα, τὰ δὲ ἤθους ἔχει μόνον τὴν μίμησιν καὶ πλάσμασίν ἐστιν ἐπιτήδεια, l. l., t. IV, p. 103. Cf. Ibid. p. 431, 449.

V. 22-23. Εἴδησιν... Ms. habet ΛΙΔΗCΙΝ, ubi Λ pro Є ponitur. Εἴδησιν reperias in Nostri Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1832 : Ὅταν δὲ γελοίους εἶναι φῶσι τοὺς ἀφαιρουμένους τὴν πολιτικὴν δύναμίν γε τελείας ῥητορικῆς, ἐμπεριειλημμένην ἐν τῇ προλήψει, καθάπερ τοὺς τῆς ἰατρικῆς τὴν εἴδησιν ὑγιηνῶν (sic, operarum errore : lege ὑγιεινῶν) καὶ νοσηρῶν, ἡδονῆς εἰσιν ἀνάμεστοι. col. X, v. 25-33; col. XI, v. 1-2. Cf. Doxopat. Homil. in Aphthon. : Ἔπειτα δὲ κἀκεῖνό φαμεν, ὅτι οὐ πάντως ὁ τῇ τοῦ ἐγκωμίου μελέτῃ ἐγγυμνασθεὶς ἤδη καὶ τοῦ ψόγου ἱκανὴν τὴν εἴδησιν ἔλαβεν. Rh. gr. Walz. t. II, p. 466.

V. 23-24. Ὠφελημάτων... Hæc inficias ire Philodemus minime dubitat in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XVII, v. 29-34 : Τῶν δὲ ῥητόρων ἡ τέχνη πρὸς οὐδὲν ἐπιδείκνυται τῶν εἰς μακάριον βίον ἀνηκόντων χρησιμεύουσα. Ibid. col. XXV, v. 12-22: Εἰ δὴ ῥητορικὴ τούτων τὴν ἐμπειρίαν παραδίδωσιν, ὥστε μόνην ῥηθῆναι τὴν τετριμμένην ὥσπερ ὁδὸν εἰς τὸν μακάριον βίον βατεῖν, ἀλλ' οὐχὶ μὲν εἰς τὰ δικαστήρια, καὶ τὰς ἐκκλησίας, ὅπου πλείω ναυάγια τῶν πρὸς τῷ Καφηρεῖ. In interjecto spatio, v. 23-24 nitide apparent voces καὶ βλαμμάτων, quas in infra scripta dictione censui inserendas esse; quum sensus nequaquam sineret eas, inferioribus deletis, retineri. Cf. Dissert. Isagog. p. CXII.

V. 25. Εὐποροῦνται... In Ms. : ΘЄΙΜΡΟΖΝΤΑΙ. Apprime cum Ms. congruere videbatur θεατροῦνται-*velut in theatro agunt*, id quod libenter sensus admittebat. Ab hac tamen voce abstinui, quia in Lexicis deest. Commodum ut inde sensum elicerem, scripsi εὐποροῦνται. Adludere Noster videtur ad divitias quas per Rhetoricam sophistas sibi comparare dixit in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. VI, v. 2-4 : Διὰ ῥητορικὴν ὥσπερ τοῦτον, περιβάλλεσθαι τῆς οὐσίας. Sic Isocr. de sophistis, Helen. Encom., IV : Οὐδενὸς αὐτοῖς ἄλλου μέλει, πλὴν τοῦ χρηματίζεσθαι παρὰ τῶν νεωτέρων.

COLUMNA XXXV.

V. 2. Περὶ τῶν Θεῶν... Liquet inde a remotis temporibus in usu fuisse τὴν τῶν ἐπιδεικτικῶν διαίρεσιν. Quam divisionem sequitur Menander rhetor, I, p. 26-28, ed. Heeren.: Ἔπαινος δέ τις γίνεται, ὅτε μὲν εἰς Θεούς, ὅτε μὲν εἰς θνητούς· καὶ ὅτε μὲν εἰς Θεούς, ὕμνους καλοῦμεν... Τῶν δὲ περὶ θνητῶν, οἱ μὲν περὶ πόλεις γίνονται ἔπαινοι· οἱ δὲ περὶ ζῶα.

V. 4-5. Ἐπαγγέλλονται... Sophistarum pollicitationes similiter carpit Noster in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1832, col. XIV, v. 8-14: Ἀλλ' οὐχὶ τὴν μὲν ἐπαγγελίαν ἐπιδιάπτεσθαι καὶ ταύτης, τὴν δ' ἔγκριτον νόησιν αὐτὸ περιέχειν τὸ γινόμενον καὶ θεωρούμενον ἀνεκπλήκτως; Quæ ita vertit Herculan. Academic.: « Nonne potius dicetur *Rhetoricæ* promissionem adtingere etiam Politicam; exactam vero notionem continere illud quod ab ea fit, et quod non temere in ipsa consideratur? » Videsis annotata, ibid. p. 38. Sic Plato, in Gorg. l. l., t. III, p. 132: Εὖ λέγεις, ὦ Καλλίκλεις· ἀλλ' ἆρα ἐθελήσειεν ἂν ἡμῖν διαλεχθῆναι; βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ τίς ἡ δύναμις τῆς τέχνης τοῦ ἀνδρός, καὶ τί ἐστιν ὃ ἐπαγγέλλεταί τε καὶ διδάσκει. Τὴν δὲ ἄλλην ἐπίδειξιν ἐσαῦθις, ὥσπερ σὺ λέγεις, ποιησάσθω.

V. 6-10. Τοὺς δὲ δυσφημεῖν — ἀρίστου... Impugnat sophistas qui dictitabant se in celebrandis hominibus ita agere, ut alios laudarent, alios maledictis prosequerentur. In Ms. mendis scatent, v. 7-10: ΤΟ7CΔΟΔ7CΦΗΜЄΙΝ ΚΑΓΟ7CΑΤΟΘ7COΤΑΝΓΡ.ЄΛωΝΤΑΙΓΟΙ ЄΙΝΓΚΑΤ ΡΟΝΗΜЄΙCΝ COΑ Ν ΡΙCΤΟ7. Cf. col. XXXVI, v. 8-26; col. XXXVII, v. 1-6, ubi sophistas reprehendit quod laudationibus suis, quantum in ipsis erat, virtutem funditus delebant.

V. 12. Ἀλόγων ζώων... Nostrum offendisset Menander rhetor, qui similia docet, l. l., p. 27-28: Τῶν δὲ περὶ ζώων, οἱ μὲν περὶ λογικὸν ἄνθρωπον, οἱ δὲ περὶ ἄλογα γίνονται ἔπαινοι.

V. 21-22. Ἀριστοτέλην... Nimirum Aristotelem, sophistam e Sicilia oriundum, Diog. Laert. V, 35; quem profecto, non Stagiritam, invidia flagrasse in Isocratem censet Coray. Prolegom. Isocr. t. I, p. 68, ubi rem explicat, simulque docet causas zelotypiæ Siculorum sophistarum adversus Athenienses rhetores, vernaculo sermone usus: Τοιαύτη μικροπρεπὴς ἔχθρα ἦτον ἀναξία τοῦ φιλοσόφου, πρὸς τὸν Ἰσοκράτην μάλιστα, περὶ τοῦ ὁποίου ὅτι εἶχε καλὴν ὑπόληψιν φαίνεται ἀπὸ τὰς συχνὰς μαρτυρίας, τὰς ὁποίας φέρει ἀπ' αὐτὸν εἰς τὴν ῥητορικήν του. Ἐξεναντίας, εἰς τὸν Σικελιώτην Ἀριστοτέλην εἶναι πολλὰ πιθανή. Ἴδομεν ἀνωτέρω ὅτι οἱ Σικελιῶται ῥήτορες ἔφεραν τὴν ῥητορικὴν εἰς τὰς Ἀθήνας: ἀλλ' οἱ Ἀθηναῖοι τὴν εὐόδωσαν εἰς τὴν ἀληθινὴν αὐτῆς ἀκμὴν καὶ τελειότητα, καὶ ἡ τοιαύτη προκοπὴ τοὺς ἔφερεν εἰς καταφρόνησιν τῶν ἰδίων διδασκάλων. Ὅθεν οἱ Σικελιῶται ῥήτορες ἢ σοφισταὶ ἐμίσουν τοὺς Ἀττικοὺς ῥήτορας, ὡς ἀχαρίστους, ἢ μὲ τῆς ἀχαριστίας τὴν πρόφασιν ἐσπούδαζον νὰ σκευάσωσι τὴν αἰσχύνην τοῦ νὰ τοὺς φθονῶσιν ὡς σοφωτέρους.

V. 23. Πρὸς Ἀναξιμένην... Nullus dubito quin Noster innuat Anaximenem Lampsacenum, quem sophistam fuisse, sophistarumque orationes affectasse tradit Pausan. VI, 18: Ἐπεφύκει μὲν αὐτὸς (subintell. Ἀναξιμένης) σοφιστής, καὶ σοφιστῶν λόγους μιμεῖσθαι, κτλ. Quid mirum, si Anaximenes, vel alius quispiam sophista Dianæ, aut Minervæ laudationem composuerit? Eumdem Rhetoricæ patrocinantem inducit Philodemus in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1832, col. II, v. 1-8: Φησὶν ὁ Ἀναξιμένης, ὡς οὐκ ἄν ποτε πρόσησαν τοῖς ῥητορικοῖς ἀργύριον διδόντες, εἰ μὴ τὸ δημηγορεῖν καὶ δικολογεῖν, ὡς ἀπὸ τέχνης αὐτῶν, προεγίνετο τελείως. Quædam in Ms. adulterantur, v.

H
22-25: ΑΡΙϹΤΟΤЄΛΗΝΤΙΔΙΑΜЄΝΤΟΙΓΡΟϹ
ΔΗ
ΑΝΑ ΞΙΜ.ΝΗΝΗΤΙΝΑΓΟΤЄΙΓЄΙΝ ΤѠΝϹΟ
ЄΗ
ΦΙϹ ΤѠΝЄΓΑ ΤЄΜΙΔΟϹ.

COLUMNA XXXVI.

V. 1. Σεμνυνόμενον . . . Similiter loquuntur rhetores. Doxopat. Homil. in Aphthon. : Ὡς οἱ μέσως ἔχοντες, καὶ τούτῳ αὐτῷ σεμνυνόμενοι. Rh. gr. Walz. t. II, p. 277; Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus : Ἐπειδὴ ἐκεῖ, λέγω δὴ ἐν τῇ ἀντιστάσει, ἅπαν ἑαυτοῦ ποιεῖται τὸ ἔργον ὁ κρινόμενος, τῷ συμφέροντι φιλοτιμούμενος· καὶ γὰρ ἐν τῇ εὐεργεσίᾳ θαῤῥῶν καὶ σεμνυνόμενος τὸ πᾶν οἰκειοῦται τῆς πράξεως, ibid. t. IV, p. 243-244. Idem, l. l. p. 501 : Εἰ δὲ αἴτησις εἴη δωρεᾶς, τὸν ἴδιον ὅρον ὁ κατήγορος, ὅ ἐστι (ubi legendum censeo, sicut apud Sopat. ibid. p. 499, ἤτοι) τὸν ἀνθορισμὸν, ἐκ τῶν ἑαυτῷ πεπραγμένων κατασκευάσει σεμνυνόμενος.

Ibid. Οὐκ οἴει γὰρ, εἰπεῖν. . . In Ms.: **ΟΥΚΟΙΣΙΓΑΡΕΙΠΙΝ**. Ea quæ posui sensus indicabat; nec habere videtur quidquam quod offendat εἰπεῖν sic repetitum Aristotelisque verbis insertum, nonnullis aliis vocibus interpositis: εἴτ' Ἀρτέμιδος — σεμνυνόμενον.

V. 2. Ἔρις γένηται. . . Cum sententia bene congruit γένηται, quod facillime spatium admittit. In Ms. locus sic exaratur : **ЄΡΙϹ.ΕΝΗΤΑ.ΤѠΝ ΘЄѠΝ**.

V. 8-9. Καὶ αὐτῶν. . . In Ms.: **ΚΑΜѠΝ**. Scripsi καὶ αὐτῶν, quod requirebat sensus. Occurrit ὠφελεῖν in Isocr. Helen. Encom. XIII, ed. Coray.: Ἐξ ὧν ἔμελλεν οὐ τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν, ἀλλ' αὐτὸς κινδυνεύσειν.

V. 13. Ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως. . . Cf. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I : Δυνατὸν γὰρ κατὰ ταὐτὸν καὶ τὴν οἰκείαν φύσιν φυλάξαι ἐρρωμένην, καὶ τύπους ἀρχαίους ζηλῶσαι. Rh. gr. Walz. t. VI, p. 76.

V. 14-18. Προτρέπονται—διά τινας ψόγους;. . . Doxopat. Prolegom. Rhetoric. : Εἰ γὰρ ἔργα ῥητορικῆς, προτρέπειν μὲν ἐπὶ τὸ καλὸν, ἀποτρέπειν δὲ τοῦ κακοῦ, καὶ κατηγορεῖν μὲν τῶν ἀδικούντων, ὑπεραπολογεῖσθαι δὲ τῶν ἀδικουμένων, καὶ ψέγειν μὲν τοὺς φαύλους, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς ἀξιοῦν ἐγκωμίων κτλ. Ibid. t. II, p. 70. Cf. p. 73; 77. Idem, Homil. in Aphthon. : Φημὶ δὲ διὰ τὸ τῶν κα-

λῶν (Cod. Ambr. 2, μὲν ἄλλων, perperam; Cod. Matrit.: τῶν μὲν καλῶν, rectius propter ea quæ sequuntur) προτρέπειν ἀντέχεσθαι· τῶν δὲ κακῶν ἀπέχεσθαι, l. l., p. 118.

V. 19–20. Βουσίριδας... Ex iis unus fuit Polycrates, quem acerbe carpit Isocr. in Busirid. Laudat., II, ed. Coray: Αἰσθανόμενος οὖν οὐχ ἥκιστά σε μεγαλαυχούμενον ἐπί τε τῇ Βουσίριδος ἀπολογίᾳ, καὶ τῇ Σωκράτους κατηγορίᾳ, πειράσομαί σοι ποιῆσαι καταφανὲς, ὅτι τοῦ δέοντος πολὺ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις διήμαρτες. Vix est quod moneam Ms. pro ι exhibere ει.

V. 22–23. Τὰ τῶν ἀγαθῶν ἔπαθλα... Cur res ita se habeat docet Theon, in Progymn.: Ἀπολογεῖσθαι μὲν γὰρ προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς ἐπὶ ἀγαθῷ τινι διαφέροντας. Rh. gr. Walz. t. I, p. 231. Ἔπαθλον Noster habet, De Music. col. XXXIV, v. 10–15: Καὶ γὰρ ἅμα πολλὰ δὲ (rectius τε) καὶ μεγάλα κακά (subintell. παρ' Ἀθηναίοις ἐτιμήθη)· καὶ φιλοσοφίαν δὴ, διὰ τὸ μὴ τετευχέναι τοῖς ὅλοις ἔπαθλον, ἀτιμάζειν ὧρα (pro ὅρα, operarum errore). Vertit Herculan. Academic.: « Etenim et multa alia simul, et magna mala *in pretio habuere*; ideoque Philosophiam, utpote quæ *universis* præmium non pariat, despectam cerne. » Nisi me animus fallit, τοῖς ὅλοις, h. l. idem significat quod ὅλως, ut sensus sit, *in universum*, non *universis*. Quid si latinam interpretationem ita refinxeris: « Philosophiam utpote quæ præmium non pariat in universum, eos (i. e. Athenienses) despicientes cerne. » Sic ὅλως *in universum* significat, apud Aristot., Rhet. II, 2: Διὸ κάμνοντες, πενόμενοι, ἐρῶντες, διψῶντες, ὅλως ἐπιθυμοῦντες καὶ μὴ κατορθοῦντες, ὀργίλοι εἰσὶ καὶ εὐπαρόρμητοι.

V. 26–27. Προκρίνοντες... Cf. Philodem. Rhetoric. Neapoli editam, ann. 1835, col. VII, v. 8–10: Τὸν γὰρ βίον οἷον ἀνθ' οἵου προέκριναν. Isocr. Helen. Encom. XXI, ed. Coray.: Πῶς γὰρ οὐ καταγελαστότατον πεπόνθασιν, εἰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἱκανωτέραν εἶναι νομίζουσι τῆς ὑπὸ τῶν θεῶν προκριθείσης;

29

COLUMNA XXXVII.

V. 1. Πανηγύρεσιν... De panegyribus verba Epicuri Noster transcribit, in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1832, col. III, v. 7-17: Ὅταν γὰρ ἀκούσωσι τούτων ἐν ταῖς δείξεσι καὶ ταῖς πανηγύρεσι, φησὶν ὁ Ἐπίκουρος, καὶ ψυχαγωγηθῶσι, διὰ τὸ μὴ εἶναι περὶ συμβουλίου τινὸς τὸν λόγον, οὐθὲν ἂν συμφέρον ἐστὶν, ὡς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τοῖς δικαστηρίοις γίνεται. Cf. Rhetoric. Neapoli editam, ann. 1835, col. XII, v. 15-18; Isocr. De Antidos. I, ed. Coray. Similiter publicas conciones et judicia panegyribus opponit Dionys. Halic. in Isocr. II: Τοιγάρτοι τὰς μὲν ἐπιδείξεις τὰς ἐν ταῖς πανηγύρεσι, καὶ τὴν ἐκ χειρὸς θεωρίαν φέρουσιν αὐτοῦ οἱ λόγοι· τοὺς δὲ ἐν ἐκκλησίαις καὶ δικαστηρίοις ἀγῶνας οὐχ ὑπομένουσι κτλ., quæ vertit Latinus interpres, t. II, p. 151, ed. Oxonianæ: « Ac *ostentationem* quidem in ludorum celebritatibus, et lectionem otiosam ferunt ejus *orationes* etc. » Malim: « Declamari quidem publice possunt in ludorum celebritatibus, etc. » Namque unum et idem sunt ἐπιδείξεις et ἀκροάσεις, Ernesti. Lex. Technol. gr. Rh. p. 122. Ἐπιδείξεις idem sonare quod ἐπίδειξιν, apud Nostrum v. 14, confirmat Plato, in Hipp. maj. Bekk. ed. Lond. 1826, t. VI, p. 188: Τῶν δὲ παλαιῶν ἐκείνων οὐδεὶς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν πράξασθαι, οὐδ' ἐπιδείξεις ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς ἀνθρώποις τῆς ἑαυτοῦ σοφίας. Geel, Hist. Critic. Sophistar. p. 64, recte monet sermones Gorgiæ, quamquam proprie fuerunt dicti ἐπιδείξεις, non confundendos tamen esse cum Heroum laudibus, aliisque id genus orationibus, quas aut publice aut privatim Gorgias habere solebat; postea vero promiscue quasvis sophistarum orationes ἐπιδείξεων nomine fuisse insignitas.

V. 7-10. Ἀπὸ διαθέσεως αὐξητικῆς μὲν—μειωτικῆς δὲ τῶν πονηρῶν... Philodemus in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, πολιτικὴν appellat διάθεσιν eam qua quis ad pertractandas res politicas fit aptissimus, col. XV, v. 24-25. Alio sensu Dionys. Halic. Epist. ad Pompeium, III: Μιᾶς δ' ἰδέας ἐπιμνησθήσομαι πραγματικῆς, ἣν οὐδεμιᾶς τῶν εἰρημένων ἧττον ἐν ἁπάσαις ἱστορίαις

ζητοῦμεν, τὴν αὐτοῦ τοῦ συγγραφέως διάθεσιν, ᾗ κέχρηται πρὸς τὰ πράγματα περὶ ὧν γράφει. Ἡ μὲν Ἡροδότου διάθεσις ἐν ἅπασιν ἐπιεικής.... ἡ δὲ Θουκυδίδου διάθεσις, αὐθέκαστός τις καὶ πικρὰ κτλ. Quod ad αὔξησιν et μείωσιν pertinet, citare liceat Joseph. rhacendyt. Synops. Rhetoric.: Αὐξήσεως γὰρ οἰκεῖον τὸ προσεκτικὸν ποιεῖν τὸν ἀκροατὴν καὶ ἐπιστρέφειν, ὡς περὶ μεγίστων ἀκούσειν μέλλοντα. Rh. gr. Walz. t. III, p. 552; Schol. Sopat. et Marcellin. in Hermog. De Statibus: Οὐκ αὐξήσει καὶ ὁ φεύγων, κατ' αὐτοῦ γὰρ ἔσται τὸ γινόμενον· ἀλλὰ τοὐναντίον μειώσει, l. l., t. IV, p. 554.

In v. 8-9, notanda est vox ἀρετηφόρων — *virtute ornatorum*, quæ deest in Lexicis. Eadem Noster utitur in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XXVIII, v. 2-8: Ἆρ' οὖν οὐχὶ διαβληθεὶς ἀρετηφόρος ἀνὴρ, καὶ πείθειν ἀδυνατῶν τοὺς ἀνθρώπους, οἷός ἐστι, κἂν τιμωρίας, οὐκ ἐλέου καὶ τιμῆς τύχοι τις, οὔ φησιν;

V. 13. Διὰ κέρδος... Sophistarum ætatis suæ turpem φιλαργυρίαν Noster similiter lacessit, Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1832, col. II; Rhetoric. edita, ann. 1835, col. VI. Eodem malo laboraverunt veteres sophistæ, quos hanc ob rem acriter impugnant Plato, in Hipp. maj. Bekk. ed. Lond. 1826, t. VI, p. 188-189; Isocr. Helen. Encom., VI.

V. 14. Δυνάμεως ἐπίδειξιν... Δύναμιν intelligo de *dicendi copia*. Sic Isocr. De Antidos. XIX, ed. Coray.: Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐμῆς, εἴτε βούλεσθε καλεῖν δυνάμεως, εἴτε φιλοσοφίας, εἴτε διατριβῆς, ἀκηκόατε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Cf. Hermog. De Formis, II: Ὥσπερ ἐπίδειξιν εὑρέσεως ἐννοιῶν ποιούμενος, καὶ πολλὰ οὐ χρησίμως λέγων. Rh. gr. Walz. t. III, p. 383. Anonym. De Oration. Partib.: Τινὲς δ' οὐ μόνον συντόμῳ χαρακτῆρι ἐν ταύτῃ (subintell. τῇ ἠθοποιΐᾳ) ἐχρήσαντο, ἀλλὰ καὶ πάνυ τι ἐξετάθησαν εἰς ἐπίδειξιν ἀφορῶντες καὶ ἐπιβολῶν εὐπορίαν. Ibid. p. 595.

V. 19. Τῶν κατ' ἀλήθειαν... Eadem tradit Philodemus, in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XXIII, v. 2-6: Περὶ τὰ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὰ καὶ κακὰ καὶ δίκαια καὶ ἄδικα ταὐτὸν ἂν ἐπάσχομεν.

V. 20-21. Ἀλλὰ τῶν τοῖς πολλοῖς νομιζομένων... Hæc in Ms. ita exhibentur: ΑΜΑ ΤΩΝ. Scripsi ἀλλά, atque,

ut expleretur lacuna, addidi τοῖς quod πολλοῖς requirebat. Inde, levi mutatione, elicere fuit τῶν τοῖς πολλοῖς κτλ.

V. 23. Κακίας... ΚΑΚΑC in Ms. mendosum est, pro κακίας. Cf. col. XXXVIII, l. 1. Eam vocem in plurali numero habet Auctor. Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur, IX, 5: Τὰς γὰρ ἐν λόγοις ῥητορικοῖς κακίας, ταύτας αὕτη ἡ ἰδέα ἀρετὰς ἀναφαίνει.

COLUMNA XXXVIII.

V. 1. Ἤδεσαν... Hermog. De Invent. II, 1: Εἰ γὰρ ᾔδεσαν (Ald. εἴδεσαν, permutatis η et ει), οὐκ ἂν ἔκτισαν, ubi ᾔδεσαν ponitur pro ᾔδεισαν. Sic apud Thucydid., VIII, 74: Οὐ γὰρ ᾔδεσάν πω τοὺς τετρακοσίους ἄρχοντας. Formam ᾔδεισαν exhibet Etymol. M. p. 438, 52: Ἦσμεν· ἰστέον ὅτι ἀπὸ τοῦ ᾔδειν ᾔδεις ᾔδει, τὸ δυϊκὸν ᾔδειτον, ᾐδείτην, καὶ κατὰ συγκοπὴν τῆς ει διφθόγγου, καὶ τροπῇ τοῦ δ εἰς σ γίνεται ᾔστην, οἷον· Τὼ δ' ἄρ' οὐδὲν ᾔστην ἄλλο πλὴν δάκνειν (Aristoph. Av. 19), ἀντὶ τοῦ ᾔδεσαν· καὶ τὸ πληθυντικὸν· Εὐριπίδης Ἑκάβῃ· Εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν Πύργους πεσόντας, ᾖσμεν (subintell. Ἑλλήνων δορὶ, v. 1088-89, ed. Boissonad.), ἀντὶ τοῦ ᾔδειμεν· καὶ Σοφοκλῆς Κόλχοις· Ὑμεῖς μὲν οὐκ ἄρ' ᾖστε τὸν Προμηθέα, ἀντὶ τοῦ ᾔδειτε. Εὐριπίδης Ῥήσῳ· Οὐδ' ἀφιγμένον τὸ πάμπαν ᾖσαν, ἀντὶ τοῦ ᾔδεισαν.

V. 5. Καθ' ἑαυτό... Hoc posui, quod in Ms. aperte indicabant elementa ΚΑΘΕ.7ΤΟ.

V. 5-6. Τοῖς ὅλοις... H. e. ὅλως, id quod jam notavimus.

V. 8-10. Τὸ μὲν—τῶν ἀγαθῶν... Apud Nostrum similia reperias, in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XXXV, 12-17: Σωκράτει μέντοι γ' οὐκ ἐβοήθησεν ἡ ἀρετὴ, καθ' ὅσον οὐχὶ παρῆν, ὡς καὶ προήγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον ἡ τινῶν ἔλλειψις αὐτῆς. Cf. Platon. Protagor. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 352: Τί δὴ, ὦ Πρωταγόρα; μὴ καὶ σὺ, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, ἡδέ' ἄττα καλεῖς κακὰ, καὶ ἀνιαρὰ ἀγαθά; Ἐγὼ γὰρ λέγω. Καθ' ὃ ἡδέα ἐστὶν,

ἆρα κατὰ τοῦτο οὐκ ἀγαθὰ, μὴ εἴ τι ἀπ' αὐτῶν ἀποβήσεται ἄλλο; καὶ αὖθις αὖ τὰ ἀνιαρὰ ὡσαύτως οὕτως οὐ καθ' ὅσον ἀνιαρὰ, κακά; Ibi scribendum esse conjecit Heindorf.: καθ' ὃ ἡδέα τὰ ἡδέα ἐστὶν, ἆρα κτλ., ut sensus sit: « Quatenus jucunda sunt quæcumque sunt jucunda, an eatenus non bona, nisi quid inde aliud sequatur? ac rursus quæ molesta sunt, eodem modo non, quatenus molesta sunt, mala? » Nihil addendum esse opinor, ut idem sensus eliciatur. Sic verto: « Quatenus jucunda sunt, nonne eatenus bona; nisi quid inde aliud sequatur? ac rursus, quod ad molesta adtinet, eodem modo nonne, quatenus molesta sunt, mala? » Idem addit: « Postrema quum Edd. sic distincta exhibeant, καὶ αὖθις αὖ τὰ ἀνιαρὰ ὡσαύτως; Οὕτως. Οὐ καθόσον ἀνιαρὰ, κακά; Heusdius (p. 75) expuncto οὕτως, uno tenore jungi hæc voluit; nihil præter verborum distinctionem tollendum vidit Schleiermacherus. »

V. 12-13. Ὁ μὴ—ἐπιλελογισμένος... Eadem fere docet Arist. Rhet. I, 9: Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας καὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ· οὗτοι γὰρ σκοποὶ τῷ ἐπαινοῦντι καὶ ψέγοντι... Καλὸν μὲν οὖν ἐστιν, ὃ ἂν δι' αὑτὸ αἱρετὸν ὂν, ἐπαινετὸν ᾖ· ἢ ὃ ἂν ἀγαθὸν ὂν, ἡδὺ ᾖ, ὅτι ἀγαθὸν κτλ.

V. 18-19. Ἐπὶ τούτων... H. e. ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς σοφιστῶν, quos lacessit in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835. col. XXVII, v. 28-31, ideo quod dictitabant se factos esse probos et prudentes, per rhetoricas exercitationes: Καὶ φρονίμους εἶναι καὶ δικαίους φασὶν, ὃ καὶ μαινομένων οὐδεὶς ἂν εἴπειεν.

V. 20-21. Ἃ πάντες δυστελοῦσιν... Quo enim factu difficiliora sunt, eo rariora judicantur, majoremque laudem afferunt. Aristot. l. l., I, 7: Καὶ ὅλως τὸ χαλεπώτερον (subintell. μεῖζον) τοῦ ῥᾴονος· σπανιώτερον γάρ... Ἐπεὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον καὶ σπανιώτερον μεῖζον, καὶ οἱ καιροὶ, καὶ αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ χρόνοι, καὶ αἱ δυνάμεις ποιοῦσι μεγάλα. Εἰ γὰρ παρὰ δύναμιν καὶ παρ' ἡλικίαν καὶ παρὰ τοὺς ὁμοίους, καὶ εἰ οὕτως, ἢ ἐνταῦθ', ἢ τότε, ἕξει μέγεθος καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ δικαίων, καὶ τῶν ἐναντίων κτλ.

COLUMNA XXXIX.

V. 1. Καὶ κακοῦ· καὶ μεγάλα, οὐ πολλάκις... Hæc in Ms. sic exhibentur: ΚΑΙ. ΑΙCΟ7ΚΑΙΜЄΓΑΔΟΥΠΟΛΛΑΚ ΙC. Sæpe in Volum. Herculan. IC = K; Δ = Λ.

V. 4-5. Ἔστιν δ' ὅτε... In promptu fuit ἔστιν δ' ὅτε elicere ex ЄCΤΙΝΔЄΤЄ, quod Ms. habet. Sic Noster, in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1832, col. XV, v. 2-6: Τοῖς δὲ κεκτημένοις ἔστιν ὅτε πλείω (subintell. ἀγαθὰ) τῶν ἐν ἰδιωτείᾳ, πολλάκις δὲ κακὰ πλείω. Cf. Isocr. in Sophist. II, ed. Coray.; Dionys. Halic. De Veter. Scriptor. Censura, Philist. et Xenoph.; Doxopat. Homil. in Aphthon. Rh. gr. Walz., t. II, p. 456. Neque minus frequenter occurrit, eodem prope sensu ἔστι δ' ὅτι. Vide Doxopat. l. l., p. 330; Sopat. et Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus, l. l., t. IV, p. 546.

V. 5. Χαύνωσιν... Hanc vocem explanat Schol. Aristophan. in Nubib. v. 874-875:

> Πῶς ἂν μάθοι πόθ' οὗτος ἀπόφευξιν δίκης,
> Ἢ κλῆσιν, ἢ χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν;

Χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν, ὅταν τοῦ ἀντιδίκου προβάλλοντος λόγους πιθανούς, εἰς τοὐναντίον τις αὐτοὺς περιτρέψῃ, καὶ χαύνους καὶ ἀσθενεῖς ποιήσῃ διὰ τῶν λόγων αὐτοῦ, ἀναπείσας τοὺς δικαστὰς ὡς ἄρ' ἀληθῆ λέγει.

V. 8-9. Ἐξυμνοῦντες... Eodem sensu ἀνυμνεῖν habet Menander rhetor, τῶν ἐπιδεικτικῶν Διαίρ. IX: Ἐξ ὧν ἡγούμεθα καὶ ποιητὰς καὶ συγγραφέας καὶ ῥήτορας πάντας ἀνυμνεῖν θεοὺς ἐντέχνως, καὶ ὅπως καὶ ἐν ὁποίοις δεῖ καιροῖς. Rh. gr. Walz., t. IX, p. 157.

V. 9-10. Εἰς μεγάλας ἄγουσιν διατροπάς... Sic Polyb., VIII, 7: Εἰς τοσαύτην ἤγαγε διατροπὴν, ὥστε καθόλου κωλύειν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν καὶ τὸν ἐπίπλουν.

V. 11-12. Τῶν συνακουόντων προσώπων... In quo valde illos errare docet Aristot. Rhet. I, 3: Σύγκειται μὲν γὰρ ἐκ τριῶν ὁ λόγος, ἔκ τε τοῦ λέγοντος, καὶ περὶ οὗ λέγει, καὶ πρὸς ὅν· καὶ τὸ τέλος πρὸς τοῦτόν ἐστι, λέγω δὴ τὸν ἀκροατήν.

V. 13-14. Ἰδίων καὶ τῶν περιστάσεων... Ἴδια, mea sententia, vocat ea quæ factorum aut rerum indolem, et veluti ἰδιότητα definiunt: περιστάσεις idem significant quod τὰ περιστατικά. Scheffer., in Georg. Plethon. Rhetoric. Compend. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 557 : « Hermagoras, ut observat Cassiodorus, περιστατικά appellat περιστάσεις; Tullius vertit *attributa* ; nos *circumstantias* ex Fabio reddimus. Alii *elementa* vocant, ut prædictus Cassiodorus testatur; et profecto Theodoro sunt στοιχεῖα τοῦ πράγματος, apud Augustinum. Sunt autem fere sex : *persona, res, locus, tempus, causa, materia.* » Eadem tradit Sopat. Schol. in Hermog., De Statibus : Περιστατικὰ δὲ εἴρηται πολλάκις ὡς ἔστι ταῦτα· πρόσωπον, πρᾶγμα, χρόνος, τόπος, τρόπος, αἰτία, ὕλη, l. l., t. IV, p. 331. Hæc intelligi posse videntur de *laudationum communibus locis.* Menander rhetor, l. l. IX : Χρὴ δὲ εἰδέναι ὅτι συνίσταται ἡ μονῳδία ἐκ τῶν ἐγκωμιαστικῶν· γένους, φύσεως, ἀνατροφῆς, παιδείας, ἐπιτηδευμάτων, πράξεων, Rh. gr. Walz., t. IX, p. 281. Cf. p. 292, atque Auctor. Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur, VI, § 2-3.

V. 14. Διατίθενται... Haud absimili modo Theon, Progymnasm. Rh. gr. Walz., t. I, p. 229 : Οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχε, τὸν λόγον διατιθέμενοι. Cf. Philodemum, col. XL, v. 17.

V. 15-16. Αἰνοῦσιν... Haud scio an sit pro ἐπαινοῦσι, omissa præpositione; id quod solemne est apud librarios, in compositis.

V. 21-25. Καὶ πάνθ' ὅλως—λόγους... In hoc loco multa monstrose adulterantur. V. 21, Ms. habet ΑΠΕΗΜΟΙϹ, quod restituere quum omnino desperabam, ab elementis recedens confugi ad αἱρετέον τά. V. 24, non mius misere corrumpuntur verba ΖΛΟΝΟΖϹΕΗΝ ΕΡΙΘ, unde quam plurima potui elementa retinens, scripsi ea quæ suadebat sensus : intelligo de alio quodam Philodemi libro περὶ τῆς ῥητορικῆς, ad quem ipse fortasse adludit, col XLV, v. 9-10 : ἐν τοῖς ὕστερον γραφησομένοις.

COLUMNA XL.

V. 2-3. Ἀντίστροφα... Idem sonare arbitror quod apud Aristot. Rhet. I, 1 : Ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ. Quod ita vertit Cic., Orat. XXXII : « Atque etiam ante hunc (subintell. Zenonem) Aristoteles principio artis rhetoricæ dicit illam artem quasi *ex altera parte* respondere Dialecticæ. » Noster, in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XIV, v. 5-9 : Ὥστ' εἰκότως οὐδ' ἀντιστρέφουσί τινες ὃ λέγουσιν, ἅμα τὴν ῥητορικὴν καὶ τὴν σοφιστικὴν καὶ τὴν πολιτικήν. Ubi annotatur ἀντιστρέφειν, h. l., non aliud denotare quam quod Dialectici dicunt propositionem convertere, quum scilicet *subjectum* in *prædicatum*, et *prædicatum* in *subjectum* mutatur, et tamen vera manet ipsa enunciatio. Quapropter ἀντιστρέφειν seu *reciprocare* simul rhetoricam et politicam, idem est atque adfirmare *rhetoricam non esse a politica diversam, nec politicam a rhetorica discrepare*. Addam Anonym. Schol. in Hermog. De Invent. III : « Ἀντιστροφὴν ἐκεῖνοι (subintell. οἱ φιλόσοφοι) λέγουσι τὸ ποιεῖν τὸ ὑποκείμενον κατηγορούμενον, καὶ τὸ κατηγορούμενον ὑποκείμενον. Rh. gr. Walz., t. VII, p. 775. Rem exemplo dilucidat Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus : Τὸ δυνατὸν ὁ μὲν Βασιλίσκος ἀξιοῖ μετὰ τὸ συμφέρον τάττειν, λέγων περιττὸν εἶναι, τοῦ ζητουμένου μὴ συμφέροντος, σκοπεῖν εἰ δυνατόν ἐστιν· ἀλλ' ἀντιστρέφων ὁ λόγος φανεῖται· καὶ γὰρ μὴ δυνατοῦ ὄντος τοῦ προκειμένου, περιττὴ ἂν εἴη ἡ τοῦ συμφέροντος ἐξέτασις. Ibid. t. IV, p. 747. Cf. Platon. Gorg. Bekk. ed. Lond. 1826, t. III, p. 183 : Τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντὶ μὲν τῆς γυμναστικῆς τὴν νομοθετικὴν, ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαστικήν. Ἀντίστροφον significat quoque argumentum *quod facile retorquetur ab adversario;* unde et ἀντιστρέφοντα argumenta Græci dixerunt, quæ referri contra convertique in eum possunt a quo dicta sunt. Cf. Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh., p. 30.

V. 11. Ἔψεξαν... In Ms. : ΕΨΕΤΑΝ. Nullus dubitavit quin rescribendum esset ἔψεξαν. Cf. Auctor. Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur, XI, 1, ubi similia traduntur :

Καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει ταῦτα (rectius cum Sylburg. : ταὐτὰ) καὶ ἐπαινεῖσθαι καὶ ψέγεσθαι· οὐ μόνον ἄλλοτε ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ ταὐτὰ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ποτὲ μὲν ἐπαινεῖσθαι, ποτὲ δὲ ψέγεσθαι... Οὐδέποτε γὰρ τὰ αὐτὰ ἡμῖν δοκεῖ, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἐπαινοῦμεν ταῦτα ἃ ποτὲ ἐψέγομεν· καὶ ἃ ἐψέξαμεν, ἐπαινοῦμεν.

V. 21-22. Ἐπηγμένων... Aristides, Τέχνη ῥητορική, Β' cap. II : Πολλάκις δὲ οἱ ἀφελεῖς καὶ ἐπηγμένοις ἔξωθεν παρὰ τὰ ὑποκείμενα χρῶνται ἐπινοήμασιν. Rh. gr. Walz., t. IX, p. 422.

COLUMNA XLI.

V. 1. Προσαγορεύουσιν... Præter exempla ubique obvia in quibus προσαγορεύειν idem significat, inter rhetores citare liceat Dionys. Halic. De Admiranda vi dicendi in Dem. LI; Longin. Fragment. V; Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus; Rh. gr. Walz. t. IV, p. 392; Sopat. in Hermog. Rhetor., l. l., t. V, p. 70.

